



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Epidictica Oratione. Liber Decimvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

DE
EPI DICTICA
 ORATIONE
 LIBER DECIMVS.

Eius ortus, & character.

CAPVT PRIMVM.

*Demonstra-
 tui generis
 ortus.*

D

OSTEAQVAM de præcep-
 tis orationis fufius dictum
 est in genere, superest vt sin-
 gulas orationum species, quæ
 magnam habent in tractatio-
 ne dissimilitudinem, eodem
 quo cœpimus ordinis, & orationis filo perse-
 quamur. Occurrit statim in limine subridens
Epidictica (sic enim vocatur eloquentia, quæ
 vt plurimum habet floridæ, & gratiæ, sic aures,
 & animos suauit quædam delectatione perfun-
 dit. Natum est hoc orationis genus, si præfer-
 tim non inchoat, & rudis, sed cumulata ciui-
 dem ratio spectetur, adulta, & iam prope cor-
 roborata eloquentia. Nam vt arma primum
 quidem rudia expediuit periculorum metus,
 ad proprii capitis defensionem, quæ deinde
 varijs expolire rationibus, ac ornamentis ars
 hominum eorum est: Sic eloquentiam
 concionum, iudiciorumque, quibus res ciui-
 les administrantur, necessitas prius effu-
 dit, vsus deinde aliquis, quanquam nondum
 illam grandem, & speciosam corroborauit.

Mox cum docti homines oratoria facultatis rationem acrius perpendere cœperunt, & a litigioso rabularum clamore, turbulenti-
 que concionum fluctibus, paulatim ad sa-

pien-
 tia condimeta, honestamque delectatio-
 nem traducere. Emerfit quadam dicendi ra-
 tio, quæ licet foro, & negotiosis hominibus
 esset iniua, apud eruditas tamen, & vacuas
 aures, mirum quoddam habet aucupium
 blandissimæ maiestatis. Talis est Platonis, &
 Isocratis eloquentia, grauissima quæ præ-
 cepta sapientiæ, & virtutis amabili flore ora-
 tionis complexa, quo nihil ad egregias men-
 tes oblectandas arbitror potentius.

Quæ species postquam in minori literato-
 rum seculo per placere cœpit, multos habuit
 sectatores, qui hac Platonis verecunda mai-
 stare, haudquaquam contenti, totas orationes
 hilarius, & liberius, ad aurium delectas varijs
 expolitionibus distinxerunt: Hos sophistas
 nondum odioso, sed honesto nomine, vel etiã
 λογιστάδους appellabant, de quorum ortu,
 & characterè, hæc in Oratore scribit Cice-
 ro.

Sed quoniam plura sunt orationum genera,
 eaque diuersa, neque in vnã formam ca-
 dunt omnia, laudationum, scriptio-
 num, & historiæ, & talium suasionum, qualem Iso-
 crates fecit Panegyricum, multi que alij, qui
 sunt nominati sophistæ, reliquarumque re-
 rum formã, quæ absunt à forensi contentione,
 eius

*Cic. de Epi-
 dictico gene-
 re iudicib.*

Demonstratum eiusque totius generis, quod Græcè *ἰσχυρισμὸν* nominatur, quod quasi ad inspicendum, *delectatum* causa comparatum est, non complectar hoc tempore, non quo negligenda sit: Est enim illa quasi nutritrix eius oratoris, quæ informare volumus, & de quo molimur aliquid exquisitius habere. Ab hac, & verborum copia alitur, & eorum constructio, & numerus liberiore quadam fruatur licentia. Datur etiam venia concinnitati sententiarum: Et arguti, certique, & circumscripti verborum ambitus conceduntur, de industriaque non ex insidijs, sed aperte, ac palam elaboratur, ut verba, verbis quasi demensa, & paria respondeant, ut crebro conferantur pugnancia, comparenturque contraria: ut pariter extrema terminentur, eundemque referant in cadendo sonum: Quæ in veritate caussarum, & rarius multo facimus, & certe occultius.

In Panathenæico autem Isocrates, ea se studiosè confecturum fateatur, non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem auium scripserat. Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Bizantium, multosque alios, quos *λογοδιδάκτους* appellat in Phædro Socrates: Quorum satis arguta multa, sed ut modo, primumque nascentia minuta, & versiculorum similia quedam, nimiumque depicta. Idem paucis quale totum sit, id genus describit numero 42.

Dulce igitur orationis genus, solum, & effluens. sententijs argutum, verbis sonans est in illo Epidictico genere, quod diximus proprium Sophistarum, pompæ, quam pugne aprius, gymnasijs, & palæstræ dicatum: Spretum, & pulsum foro *ὕψις αἰετῶν καὶ ἀσπίδος καὶ ἀσπίδος ὁ τὰς περιβρῶν ἑαυτοῦ*, inquit Synesius.

Hæc eloquentia primum inter scholarum umbras educata, postea in publicis Athenæis, & theatris, frequentissimo plausu excepta, late persultauit, cum eam Imperatores blandius alerent, & doctissimorum hominum ingenia frequentibus præmijs, & honoribus extimularent.

In scholis autem prima adolescentum tyrocinia tenuerunt epistolarum munditiæ, enucleata, propria, signata: narrationes, descriptiones, E. hopeia: In stricta verò oratione Eclogarum rusticitas amœnis quibusdam versuorum violis intermicans, & elegiarum

vix in molli petulantia lasciuens: Deinde iucunditates lyricorum, urbana iamborum amaritudines, acilectique lusus, exitusque epigrammatum floruerunt.

Mox ad declamationem ventum est, quibus inter scholarum ymbacula iustus certaminibus proluderetur.

De declamatione contra Montanum.

CAPVT II.

Epidicticæ illius perfectioris, & ceterorum quoque generum semper principium fuit ymbra inter priuatos parietes excitationis, quam non immeritò iuuentui commendant grauissimi dicendi præceptores.

Sed tamen Montanus Votienus, Orator, haud ignobilis, in declamationum receptum, & longâ iam exercitatione corroboratum morem, graui sanè oratione inuehitur apud Senecam: cuius hic rationes, quo liquidius resutentur, ascribam.

Qui declamationem parat, scribit, non ut vincat, sed ut placeat. Omnia itaque lenocinata conquirunt argumentationes, quia molestæ sunt, & minimum habent floris, relinquunt sententijs, explicationibusque audientes delinire contentus est, cupit enim se approbare, non causam.

Sequitur autem hoc vsque in forum declamatores vitium, ut necessaria deserant, dum speciosa lectantur, Accedit illud, quod aduersarios quamuis fauos fingunt, respondeat illis, & quæ volunt, & eum volunt.

Præterea nihil est, quod errorem aliquo damno castiget: stultitia eorum gratuita est. Vix itaque in foro futurus periculosa stupor discuti potest: qui creuit dum tutus est.

Quid quod laudationibus crebris sustinentur, & memoria illorum assuevit certis intervallicis quiescere: Cum ventum est in forum, & delitit illos ad omnem gestum plausus excipere, aut deficiunt, aut laborant.

Adijce nunc, quod ab alijs nullius interuentu excutitur. Nemo rider, nemo ex industria obloquitur, familiares sunt omnium vultus, in foro, ut nihil aliud ipsum, illos forum turbat.

Hoc quod vulgo narratur an verum sit, tu melius potes scire. Declamatoricæ virtutis Latronem Porcium vnicum exemplum cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquos

Thrasymachus
Theodorus
Byzantius

Synesius in
Dione

Manuuius
gor Epidi-
ctica sub im-
pratoribus

Votienus de
declamatio-
nibus iudi-
cium.

De decla-
mationum
agens or-
ationis omni-
tate, & mi-
seria multa
Synesius p.
55 in Dione

Stultitia
gratuita pro-
riculosa.

pinguo suo diceret, vsque eo esse confusum, ut à solœcisimo inciperet: nec ante potuisset confirmari tectum, ac parietes desiderantem, quam impetrauit, ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vsq̄e eò ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutritur, ut clamorem, silentium, risum, cœlum denique pati nesciant.

Gladiatorum e exercitationes dura.

Non est autem vilis exercitatio, nisi quæ operi simillima est illi, ad quod exercet: itaque durior solet esse verò certamine. [Gladiatores grauioribus armis disenti, quam pugnant: Idcirco illos magister armatos, quam aduerfarius sustinet. Luctantes binos simul, ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistat. Cursores, quod intra exiguum spatium de velocitate eorum iudicetur, id sæpe in exercitatione decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine.

Curfos.

Multiplicatur ex industria labor, quo discimus, ut leuetur, quo decernimus. In scholasticis declamationibus contra euenit, omnia molliora, & solutiora sunt, in foro partem accipiunt, in schola eligunt: illic iudici blandiuntur, hic inseruiunt, illic inter fremitum circumsonantis turbae intendendus animus est, vox ad aures iudicis perferenda est, hic exvultu dicentis pendunt omnium vultus. Itaque velut ex ymbroso, & obscuro prodeuntes loco, clara lucis fulgor obsecratis istos à scholis in forum transeuntes, omnia tanquam noia, & inuisitata perturbant, nec ante in orationem corroborantur, quam multis perdomiti contumelijs puerilem animum scholasticis delicijs, languidum verò labore durarunt.

Declamationum de fuso.

Quæ rationes licet aliqua probabilitate percillant animos, non tamen id euincunt, ut declamationum usum tot sæculis usurpatum possint de medio tollere. Reclamant enim sapientum voces, qui has epidictici generis orationes eloquentie cunabula dixerunt, quod his educata nutrimentis oratio se postea colorat, & roborat, ut grauior simul, ac fortior, ad publicas conciones emanet.

Delectationes comes eloquentia.

Sed vide: ut in ipso rationum limine Vortienus non mediocriter aberrasse: etenim quasi vna in eloquentia spectaretur necessitas, ita direxit omnē argumentationem, ut declamatorium genus concuelleret, quod speciosum esset, & plenum illecebris: Qui profecto si statuerit, à civili etiam eloquentia speciem, & delectationem penitus esse remouendam, quantam ei maiestatem detrahit, in quod nec

cessitatis pistrinum compingit: sin autem, & res serias eruditionis, ac humanioris etiā orationis condimentis intingi necesse est, quod summi in eloquentia viri semper usurparit, fateatur oportet in declamationibus plurimum esse adiumentum, & quibus illa vis efflorescit, & in civiles etiam orationes tacita quadam suauitatis aspergine diffunditur. Nam, quod declamatores obijcit nullo damno castigari, plausibus assuecere, mollissimis nutrimentis educari, ad summum, cum in forum venerint, loci fulgore obsecrari.

Num hæc vitia potius declamantium, quam ipsius declamationis? Quod si instituat declamatio grauior, sub disciplina, & censura optimi præceptoris? Quod si ad iusti certaminis exemplar paulo seuerius componatur? Quid si aduersarij sint acres, & vegeti, apud quos languere, & dormire non liceat? quid si frequenti auditorum confessu, & aculeis gloriae tota extimuletur actio? utrum tandem paratior accedet ad forum, qui ex hac ymbrosi exercitatioe magna cum ingenij commendatione discesserit; an is, qui nunquam scholas viderit, nunquam hominum vultum rulerit, nunquam os ad dicendum aperuerit? Quis adeo iniquus rerum estimator, ut censet, prima statim emissionem in forum ablegandos esse adolescentes, & ad hanc negotiosam vitæ auferitatem fugendos, antequam in mansuetioribus Muls ponant rudimentum? Quod profecto si fieret, verendum esset, ne aut oppressa rerum grauitate, in dolis teneritas fatisceret, aut ad truccam quendam, atque inconditum horrorem, cultus inopia rigesceret.

Declamationum usus.

Puerorum institutio ad eloquentiam.

Discit primum canis venaticus in aula pelles allatrare, mox feras in syluis persequitur: balbutientibus modulis mellitissimis cantibus proludunt luscinia: spectant è nido solem Aquilarum pulli, antequam propius aggrediantur, & sustineant firmiter? Ad legitimos congressus pugnae simulachra sternunt viam.

Nihil prius in fructum erumpit, quam in florem. Spectanda est in declamationibus adolescentum indoles, antequam in serijs laboribus duretur. Nō tamen eò dico, ut velim (quod hic, opinor, arguit Vortienus) iuuenes in declamationibus cōsenescere, ut apud Rhadamantum exerceant, quæ in scholis didicerint. Post iustas prolusiones educendi sunt in campum, quo citius clamorem, silentium,



solem, puluerem, cœlum denique pati discant.

Sed ne forum, & subsellia, aut scholas etiam semper cogitemus, extant ea tempora, & loci, quibus auditores doctis, amœnis, sculptis orationibus sunt permulcendi, & ut cum Dionysio loquar, non nihil oportet *διὰ τὴν* ex istius autem eloquentiæ supellectile petenda sunt adiumenta, quando demonstratiuum genus complexa est.

διὰ τὴν

De Genere Demonstratiuo.

CAPVT III.

Nonnus Dion. l. 3.

Demonstratiuum genus primum locum obtinet, quod ut Nilus ille Nonni; *Πότις γυνεῦντι χεῖν ἐπίασμον ὄδωρ, Ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιγμένων εἰς ἄλα πῖπται.*

Est sanè Nilus fluuioꝝ omnium maximus, fecundissimus, & suauissimus. Quæ omnia demonstratiuo generi magnopere congruunt.

Demonstratiui generis excellencia.

Magnitudo quæritur: omnium rerum laudes, & vituperia continet: fecunditas expetit: nullum uerbis, aut rebus uerbis: desideratur suauitas: at tota Ciceronis, Demosthenis, Isocratis Myrothecia hoc genus exhaustit.

Procopius sophista in epist. Demonstratiue quid?

Quod si apud Procopium *χευεῖς ῥέοντα* Nilum audiuiſſi; unde *χευεῖς* appellatur à Cedreno: hic quoque fontes aut rei magna uertate diffuunt: *ἐπιδεικτικόν* quidem à Grecis nuncupatur, quod totum ad pompam, &

magnificentiam natum uideatur: nam *ἐπίασμον* dicebantur in ludis, & certaminibus oratores, poetæ, citharædi, quoribus de palæstra cœmulis, magna hominum frequentia certarent: nunc igitur de eam nobili, & tam spatioſo genere dicendum.

Præcepta generis Demonstratiui.

Demonstratiuum genus est, quod laudem, & vituperium continet: Ex quo laudationum præcepta, & vituperij hic tradenda sunt. In eo specto, quid laudandum, & vituperandum: & quomodo, Quatuor, teste Aristotele, cadunt in laudationem; Deus, homo, animalia, inanima. Modus, & ratio patebit in singulis.

Laudatio Dei.

CAPVT IV.

Eκ δὲ ἰgitur, ut ait Theocritus, *ἀρχοῦσι δὲ* in laudatione Dei duo spectantur: materia, & forma. Materiam hic appello argumentum laudationis. Dei puta amplissimas virtutes: formam, ueluti modum, & characterem.

In Diuina de duo spectanda.

In laudes diuinas: rarissimus pater dicendi ex varijs locis campus, sed in eo excellunt definitiones conglobatæ, quibus frequenter utitur Synesius, & D. Gregorius Nazianzenus. Sic autem Synesius in hymnis Deum laudat.

Deum in laudationibus conglobatis.

- Δωτορ ἐάων.*
- Ρίζα κόσμου.*
- Κέντρον ὄντων.*
- Αυτοῦτου ἀρχή.*
- Ταμίαις πατὴρ τε ὄντων.*
- Ἐνοτήτων ἑνάς ἀγνή.*
- Μονάδων μονάς τε πρώτη.*
- Πάτερ αὐτοπατάωρ.*
- ὄντων σπέρμα.*
- Ἀδέχεια Ἑφά.*
- Παγὰ Ἑφίας.*
- Ὀμμα σεαυτῆ.*
- Κόσμος κτιστός.*
- Κλεινῶν σφαιρωτάς ἀστέρων.*

- Dator gratiarum.*
- Radix mundi.*
- Centrum entium.*
- Ex se ortum principium.*
- Dispensator, & parens rerum.*
- Vnitatum unitas pura.*
- Monadum monas prima.*
- Pater sui pater.*
- Entium semen.*
- Veritas sapiens.*
- Fons sapientia.*
- Ocule rumpſius.*
- Mundi creator.*
- Inclitorum rotator siderum.*

Vltimè

Virtutes, & ornamenta quæcunq; emicant in rebus humanis, illa, tanquam in fonte sunt in Deo, à quibus ipse commendari potest. Ex præmam illustrissimum exemplum, quod præclarè omnino, & diuinè attigit; Maximus Tyrius, nobilis Philosophus, & Rhetor, orat. de Deo, vbi Dei laudandi rationem quærit.

Maximas Tyrius, Orat. de Deo.

Καλὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸ θεόν, καὶ τὰ καλῶν, τὸ φαινώτατον, ἀλλ' οὐ σῶμα καλὸν ἀλλ' ὄν, καὶ τῶ σῶματι ὁπίρρει τὸ κάλλος. Οὐδ' εὐμενίαν καλὸς, ἀλλ' ὄν, καὶ ὁ λειμῶν καλός, καὶ ποταμὸς καλός, καὶ θαλάσσης, καὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τῶν οὐρανῶν θεῶν πάντων καλός, τῆτο ἐκείθεν ἔστι ἐκ πηγῆς ἀειπέρας, καὶ ἀκράτου. χαρῶν δὲ αὐτῆ μετέσχεν ἕκαστα, καλὰ, καὶ εὐαῖα, καὶ σωζόμενα, καὶ καλοῦ, αὐτὸ ἀπολείπεται ἀσχερὰ καὶ διαλυόμενα, καὶ φθειρόμενα, εἰ μὴ τὰ ἱκανὰ ἐφρακας τὸν θεόν, εἰ καὶ μὴ πᾶς τις αὐτὸν ἀγαπᾷ, ἡτις ἐνός γάρ μοι μήτε μετέσθ, μήτε χῶμα, μήτε σχῆμα, μήτε ἄλλοτι ὕλης πά...

Pulchrum Deum dices, & pulchrorum omnium pulcherrimum. Haud quidem pulchrum corpus, sed vnde pulchritudo emanat in corpora: neque etiam pulchrum pratum, sed vnde, & prata, & amnes, & mare, cælum ipsum, cælestes Dii pulchritudinem decerpunt. Eius enim pulchritudo omnis, tanquam ex perenni, purissimoque fonte, ad nos vsque delabitur, tantumque, aut fortitudinis, aut firmitatis, aut salutis, rebus in singulis inest, quantum ab eo respicuntur. Ex quo si nihilum hauriant, continuo turpes, dissolutæ, corruptæque tabescunt. Hoc tibi, si satis est, Deum ipsum inspexisti: sin minus, quænam aliâ poterunt eiusdem naturæ interpretationem proferre? Fac in eo, nec magnitudinem, nec colorem, nec figuram aliquam cogites: non aliud præterea quicquam, quod materia pati consuevit.

Deus omnia. Maximus Tyrius egregie de Deo philosophatus.

Dei varia nomina.

AD hæc accedunt illa Senecæ Natur. quest. libr. 3. vbi Deus appellatur custos, rectorque vniuersi: animus, & spiritus, fatum, causâ, prouidentia, natura mundani huius operis, Dominus, &c. de quibus inferius.

Deum laudatur ab adiunctis & effectis.

Tertia ratio laudationis diuinæ, est ab adiunctis, & effectis. In essentia laudabitur maiestas, in maiestate æternitas, in æternitate felicitas, beneficentia in creando, in regendo prouidentia, in frangendis improbis fortitudo, in puniendo iustitia, lenitas in indulgendo, in subleuandis hominum miserijs, perpetua bonitas.

Hunc locum eximie tractauit Apul. u. Met. cuius verba, & stylum non probò, ingenium in multis non respuo. Sic igitur ille, Deum in persona Isis describit.

Apuleij locus eximius de Deo.

Tu quidem sancte, & humani generis fopitator perpetue, semper fouendis mortalibus mirifice, dulcem marris affectiorem miserorum casibus tribuis; nec dies, nec quies vlla, ac ne quidem momentum tuis transcurrit beneficij otiosum; qui mari, terraque protegis homines, & propulsis vitæ procellis, salutarem porrigis dexteram: qui fatorum etiam

inextricabiliter contorta retractas licia, & fortunæ mitigas tempestates, & stellarum variolos meatus cohibes, te superi colunt, obseruant inferi, tu rotas orbem, illuminas solem, regis mundum, calcas Tartarum, tibi respondent sydera, redeunt tempora, gaudent numina, seruiunt elementa: tuo nutu nutriuntur nubila, germinant semina, tuam maiestatem perhorrescunt aues cælo meantes, feræ montibus errantes, serpentes solo lærentes, ponto natantes belluæ. Idem argumentum attigit Mercurius Trismegistus. oratione V. ὁτι ἀραγὸς θεὸς φανερότατος ἐστίν.

Quartum genus est satis frequens ab iconibus, siue similibus: vt cum Deus opt. max. laudatur cum sole, cum anima, cum oculo comparatur: Facimus in eo, quod solent, qui solem defixis oculis intueri non possunt, radios per nubem emissos sustineri. Ita nos cum tantæ maiestatis splendor obiuat, ad figurarum nubes, & vela confugimus.

Deum rectè laudatur ab imaginibus.

Modus erit, non tanquam Panegyriste omnia aucupantis, sed tanquam religiosi encomiastæ, magnum illum rerum opificem admittentis potius, quàm laudantis: nihil enim ni-

Laudationis Dei modus.

enim nimis enucleandum.

Quod si alicuius diei celebritatem, & mysterium commendemus peculiare, vt Christi natalem, resurrectionem, ascensionem; gratulabimur orbi terrarum, ob commune donum, & insigne erga nos Dei beneficium, rem magna verborum dignitate aperiemus: illustrabimus ab adiunctis, à simili, à comparatione minorum, ab exemplis. Postremo, adhibebimus faces, quæ auditores in Dei amorem inflammant. Nunc grauiorum aucthorum breues aliquot, & sculptas Dei laudationes, vel potius descriptiones videamus.

D E V S.

Expressus ex D. Gregorij, Philonis, & aliorum sensibus.

Dei encomium & descriptio.

Deus est (auditores) Deus est, æquis non malit his obstupescere, quàm loqui? vos appello, purissimi animarum cæcus, qui beatas illas sedes æternis syderibus illuminatas incolitis, non minus in æternitate felices, quàm in fœlicitate æterni: quoties in hoc speculum oculos defigitis, toties coniuictis splendore lucis obruti, & pennas ori prætenditis, vt radios veluti per nubem emissos excipiat: quos aliter sustinere non potestis. Quid igitur nos vtilissimos hominaciones facere oportebit? quoties de hoc æternæ mentis numine cogitabimus: latebras profecto suæ sibi gloriæ densissimas tenebras offudit, quas cum animus perumpere conatur, opprimitur magis, quàm lucet: mentem quippe Deus illuminat, & mentis celeritatem præteruolat, pectus accendit, nec pectoris angustijs capitur, quantumcunq; percipitur, tantundem subripitur, suaq; fuga cruciat, & illestat amatores: Deinde quæris, homule, qualis Deus sit? qualem verò tibi mente, ac cogitatione depingis? corpus (opinor) excellenti partium venustate, & compositione consurgens, cauesis, ab omni concreione mortali solutus est: pedes illi dabis? quales? igneos: quorsum? vt incredibili celeritate hæc, & illa loca collustrat, at implet omnia: manus illi tribues: quasi amplissimas: cur ita? vt accipiat, & donet quàm largissimè? sed à nemine accipit, qui omnium bonorum delicijs circumfluit, donat verò non manibus, sed munificentia: qua mundum ipsum tam magnifico partium omnium apparatu, & rarsa rerum omnium supellectile nobilitauit;

Deus non est corpus.

Dei manus munificentia: & munificentia manus Dei.

oculos assignabis? quos? celeres, flammeos, volubiles, late spectantes omnia, obscura quæque tenebrarum acerrima visus acie penetrantes: at ipse totus oculus est.

Verùm tenere in describendo aliquem modum oportet.

Pulchrum igitur Deum dices, & sapientem, & fortem, non errabis: est enim sapientie, & fortitudinis exemplar: non quidem sapiens, & fortis Angelus, sed vnde sapientia, & robur in Angelos, & homines emanat. Non pulchrum pratum est, non pulcher amnis, pulchrum mare, pulchrum etiam cœlum, sed vnde prata, & amnes, & mare, & cœlum ipsum, cœlestesque animæ pulchritudinem decerpunt: inde enim, tanquam ex pereoni, purissimoque fonte ad nos vsque delabitur, tantumque decoris aut firmitatis, aut salutis, rebus singulis inest: quantum ab eius copia resperguntur: ex quo, si nihil hauriunt, continuo turpes, dissolutæ, corruptæque contabescunt.

Itaque in illo felicitatis folio collocatus, placidissimè regit omnia, & fatorum seriè admirabili prouidentia dispensat: quod si quando terrorem imis pectorum medullis incutit, quis ad eius speciem non perhorrescit? hunc aues per cœlum volitantes, sparsæ per dumeta belluæ, & immania phocarum corpora, maris fluctibus obruta pertimescunt. Graditur autem insigni maiestate, Cherubinis insidens, & ceteri ventorum turbine circumquaque raptur, sexcenta consequuntur currum millia, in quibus igneæ cohortes Angelorum copiosa luce circumfusæ radiant: Sol tanti, tamque stupendi numinis vmbra, potius quàm effigies, ad eius nomen expauescit, adamantinæ cœli portæ contremiscunt, intendunt se flammeæ nubes, & lucido horrore totum hoc spatium circumuestiunt, mugiant interim tonitruum fragores, scintillant fulgura, volitant procelle, ruunt fulmina, immixtisque grandini rutili carbones depluunt: hinc discedit cœlum, hiant terrarum latebræ, terrore perfusi manes mortuorum regem sentiunt, qui vno temporis momento sexcentos mundos condere, cœdjosque vel tenuissimo halitu diffare potest.

Legendus D. Dionysius Arcopagita, cap. 4. cœlest. Hierarch. & cap. 4. de diuinis nominibus vbi de bonitate, pulchritudine, suauitate Dei infinita reperiuntur. Videndus item Tertull. de Trinitate: Trimegistus, Theodoretus, Synesius.

Ex

meratione Rhetorices, & in omnibus, absolutus ostenderit.

Primo, si eius inuentio sit fecunda, solers, ingeniosa, hominum sensibus accommodata.

Secundo, si dispositio apta, prudens, clara.

Tertio, si elocutio pura, elegans, perspicua, culta, venusta, plena, mollis, florida, suavis, in citata, gratis, omni denique verborum ornatu, & sententiarum grauitate affluens.

Quarto, si pronuntiatio elegans, venusta, decens.

Quinto, si memoria felix, firma, diuturna.

Sexto, si doceat, scribat, declamet, orat, concioneur, deliberet, legatione fungatur cum dignitate, dexterritate, facilitate, grauitate, prudentia, felicitate.

Septimo, si in certaminibus eloquentiae fuerit coronatus, ad summum si moneat, persuadeat, flectat, impellat, in animis hominum regnet, & dominetur.

Ex at praecelara laus viri eloquentis apud Lucianum, in poematio, ad Calphurnium Pisonem v. 43. Item apud Ouidium l. 2. de Ponto, Eleg. 5. ad Solanum. Apud Plinium Iuniorum l. 2. ep. 3. Apud Senecam in controuersijs de Crasso Seneca in praefatione. l. 3. apud Synesium in Dione.

Nonnulla complexus est Ausonius ad Gratianum his verbis: *Quis aut dicenda prudentius cogitauit, aut consultius cogitata disposuit, aut disposita maturius expediuit?*

Deinde, quis tenor vocis, cum incitata pronuntias, quae inflexio cum remissa, quae temperatio cum utraque dispensas? Quis Oratorum laxa, iucundius, facunda, cultius, pugnantiā, densius, aut densata glomeratius dixit, aut quod est liberum cogitauit? Vellem si rerum natura pateretur, Xenophon Attice in nostrum aeuum venires, tu quid ad Cyri virtutes exequendas vorum potius, quam historiam commodasti; cum diceres, non qualis esset, sed qualis esse deberet. Si nunc in tempora ista procederes, in nostro Gratiano cereres,

quod in Cyrotuo non videbas, sed optabas.

Ausonius in actione gratiarum ad Gratianum Imperatorem. Pronuntiatio comoda.

Laus Poetae.

Capita.

Legendus est Cornelij Taciti, siue Fabij Quintilianij dialogus, qui multa habet pro Poeta, & contra Poetam. Item Sil. Italic. sub finem lib. 11. Anthol. l. 1. §. 1. 2. Luciani Genethiacon, apud Sertium. Floridus, l. 3. Lucil. c. 7. in obtretractores Poetarum.

Poeticè dicitur à Maximo Tyrio, orat. 28. *poesis quid philosophia τὸ ἰσχυρὸν παλαιά, τὴν ἁρμονίαν ἐμμετρίῳ, τὴν γνάμην μὲθ' ὁμοιοκτῆς; Philosophia in tempore venusta, consonantiam metricam, argumentis fabulosa.*

Laudatur Poeta, primum si varijs linguis scribit; Graece, Latine, Gallice; si omnia poematum genera, vt epigrammata, elegias, odas, comœdias, tragœdias, satyras, heroica.

Secundo, si ingeniosus, acutus, grauis, suavis, perspicuus, si seruat in rebus spiritum, proprietatem & elegantiam in verbis, decorum in actionibus.

Tertio, si recitat, docet, scribit, mouet, delectat.

Quarto, si praemijs nobilitatus fuerit, dignitate, statura, corona, obsequijs, hymnis, sepulchro, & cæteris honoribus, quibus affecti veteres poetae leguntur.

Laus Philosophi.

Philosophiae laudem paucis complectitur M. Tullius, Tuscul. 5. sect. 5. Martianus vero Capella descriptionem habet Dialecticæ. lib. 4. vbi depingitur acri visu, & vibrantibus continua mobilitate luminibus, crinibus tortuosis, sub pallio viperinas insidias occultas.

Inter Poetas Claudianus, in consulari Mallij Theodoretij, vers. 60. locum pertexit insignem de laude philosophi. Item C. Sidonius Apollinaris, in Panegyrico Antemij, vers. 180.

Ad has quoque laudationes faces praesertim, qui Philosophorum laudes, & vitas conscripserunt, vt Eunapius Sardianus Am. stitit Idolorum filius, Porphyrius, Sotio, Plilestrus, Idenius, Ammonius Aegyptius, Dion Pythinius, Diogenes Laertius, & Lucianus Demonax.

In Logico igitur obiter commendabitur subtilitas in inueniendo, in dicendo perspicuitas, in disputando vis.

Laus.

Laudabitur Physicus, si inuenerit causas, effectus, res, rationes, regiones, & cætera, quibus vitæ civili decus, & utilitas conciliari possit.

Secundò, si res omnes naturales, cælum, ignem, aerem, aquã, terram, meteora, stirpes, arbores, herbas, animalia, eorumque affectus, figuram, proprietates, lineamenta, staturam complexus fuerit.

Tertiò, si in Physicis mechanicis sit versatus, vt si salinarius, hydraulicus, aquilegus, fluminum deriuator.

Quartò, si naturali scientia, in medicis, bellicis, politicis, rusticis, nauticis, architectonicis, iudicis, theatris, vtiliter, foeliciterque vtatur.

Ethici verò partes sunt, de lummo bono philosophari, vitia, & virtutes suis coloribus depingere, definire, distinguere, mederi affectibus, mores instituire, saluberrimis præceptis vitam regere.

Laus Medici.

Ad laudem Medicinæ in genere præstat legere vitam Galeni, ex Iulio Alexandrino collectam, Andream Tiraq. in commentarijs de nobilitate, Antonium Gueuaram, in epist. ad Doctorem Melgarim Brissonium. Sunt multa Medico-cum Physico communia, sed præterea laudatur medicus, si quid inuenerit in medicinæ inquisitione, ratiocinatione, obseruatione.

Secundò, si excellat, rem anatomicam cognoscendo, dispensando medicamenta, prædicendo, medendo, curando, &c.

Laudem, & conditiones *Iurisperiti*, vide l.

12.

Laus Mathematici.

DE Mathematicis disciplinis dixit Augustinus lib. de ordine. *quas multi sancti nesciunt quid m, & qui etiam sciunt eas, sancti nõ sunt.* Constat tamen, si legitime tractentur, earum dignitatem, & vtilitatem permagnam esse. His suffragantur Timæus Platonis, Aristoteles multis in locis, Alcinosus in Isagoge ad Doctrinam Platonis. Quin Plutarchus commemorabilem sententiam Platonis notat, *θεὸν μάλιτα πάντων γεωμετρῆν.*

Laudabitur Mathematicus, si musicam, perspectiuam, mechanicam, cosmographiam, geometriam calleat.

Secundò, si in astrologicis sit bene versatus, aliqua inuenerit, docuerit, scripserit.

Tertiò, si cœli motus, astrorum cursus, & conuersiones, annos, bissextum, solstitia, ecclipses, plenilunia, festos dies, recta ratione indaget, aperiat, explicet.

Quartò, si astronomia feliciter, & vtiliter in vitâ ciuili vtatur, si non sit Genethiacus, iudiciarius, prognosticus, Criticus, Chaldaeus.

Quintò, si tempestates futuras, vbertatem, fertilitatem, celebritatem loci prædicat.

Sextò, si Arithmeticam probè teneat, non nihil inuenerit, communicarit, eadem in temporum distributionibus, supputationibus, disciplinis, contractibus, mercimonijs, tributis benè vtatur, &c.

Laus Musici.

EXtat apud Cassiodorum lib. 2. variar. 48. ad Boetium Patritium præclara laus Musica. Item apud Martianum Capellam l. 9.

Laudatur Musicus ab effectis, si musicam inuentis, exemplis, scriptis illustrarit, certarit, in publicis concertationibus coronatus fuerit.

Secundò, si fidicen, citharædus, lyrista, tubicen, Choraula, tubicen.

Tertiò si in sacris, in honestis spectaculis, in prælio, cum laude cantarit.

Si musica memoriam firmarit, studia grãtiora lenierit, agrestes cieurarit, pietatem, & cultum Dei promouerit, castitatem fuerit tutatus, temperantiæ consuluerit, ad fortunam incitarit, ad prælium animarit, iram sopierit, tristitiæ nubem discusserit, &c.

Laus Theologi.

IN apice scientiarum sedet Theologia, quæ propius solem æternum respicit: vera sapientia, præ cuius luce profanæ scientiæ nihil aliud videntur, quàm marcescentes vanitates, vt appellantur à D. Ambrosio, Hexam. l. 6.

Exemplar laudibus huiusmodi esse poterit, quod habet D. Greg. Nazianz. in oratione funebri S. Basilij, vbi eius sapientiam excellenti stylo commendat. Paucis, & byssinis verbis S. Augustini laudem complexus est Volusianus. *Legi deest, quicquid ab Augustino consigerit ignorari.*

Ab ea sic commendatur Theologus. Primò, si librorum sacrorum, si patrum orthodoxo-

Nnn 2 rum

De ijs intelligend. Tertull. Expellitur Mathematici, sicut & Angeli eorum prajudicantes stellarum nos immutabili arbitrio regi.

rum, & decretorum Ecclesie accuratam cognitionem habeat.

Secundo, si prudenter, pie, feliciter interpretetur, viua voce, scriptis commentarijs, concionibus.

Tertio, si sublimes quaestiones de Deo, Angelis, & Christiana religionis mysterijs, quae ad scholasticam attinent disertè, subtiliter, sanctè, grauius enucleet.

Quarto, si Theologiam, quam moralem vocant, de actionibus Christianis, licitis, vel illicitis, partim vi iudicij, partim longa lectione fuerit cõplexus, si in huiusmodi quaestionibus discutiendis solers sit, & prudens, &c.

Laus Pietatis.

Ascientia ad virtutes transeo. Primum locum obtinet pietas, de qua Synesius in libro ad Imperatorem Arcadium, de regno.

Ευσέβεια δὲ πρῶτον ὑποβεβλήτω, κρητὴς ἀσφαλὴς ἐφ' ἧς ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἔμπεδον.
Hæc basis firma est, cui imperij, & vitæ priuatae simulachrum insistit.

Vi est autem cultus erga Deum, huius partes sunt amor Dei, timor, & honor, testatus fide, spe, charitate, & officijs iustitiæ Christianæ.

Secundo, hæreos odium, zelus propagandæ religionis Christianæ.

Tertio, preces, supplicationes, orationes, religiosæ, cum frequentia, constantia, perseuerantia, vehementia, feruore, ardore.

Quarto, grati animi significatio erga Deum, votiuæ, vel liberae, corporis voluntaria afflictatio, castitas, paupertas, obedientia, peregrinatio religiosa, honores Ecclesiasticis habitibus, librorum sacrorum, templorum, imaginum cultus, &c.

Nonnulla attingit Ausonius ad Gratianum, Nullum quidem diem ab adolescentia tua, nisi adorato Dei numine, & voti reus, & illicito absolutus egisti, lotis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & quod in paucis est, cogitatione sincera (inde castitas Imperatoris) Operto, conclusis tui, non sanctior ara Vestalis, non Pontificis cubile castius, nec puluinar flaminis tam pudicum.

Addit de modestia. Cuius vnquam egressus auspicator fuit, aut incessus modestior, aut habitudo cohibitor, aut familiaris habitus condecentior.

Laus Prudentia.

Prudentia, quæ à Synesio ἀπασῶν ἀρετῶν βασιλικωτέρα dicitur, ab Aristotele definitur, *Ἐξῆς μετὰ λόγῳ ἀληθοῦς, κατὰ ἀγαθὰ ἀνθρώπινα, καὶ κατὰ πρακτικὴν.* Habitus cum recta ratione, in bonis, malisque actiuus.

Laudabuntur in prudente octo virtutes administræ prudentiæ, memoria, intelligentia, docilitas, solertia, ratio, prouidentia, circumspectio, cautio.

Memoria, est cognitio rerum præteritarum.

Intelligentia presentium. Docilitas notitia per institutionem comparata.

Solertia, quæ est ingenij in inueniendo, & coniungendo sagacitas.

Ratio, quæ argumentatione, & ratiocinatione concluditur.

Prouidentia, est ipsa dispositio rerum ad finem consequendum idonearum.

Circumspectio, est ad circumstantias rei ipsius, de qua agitur, attentio.

Cautio denique, molitio quædam mentis, aduersus ea, quæ sese obijciunt impedimenta.

Et hæc de ipsa virtute considerantur.

Quod verò ad obiecta pertinet, vel est in rebus priuatis, circa coniugem, sobolem, fortunas, rei familiaris administrationem, in venditionibus, emptionibus, commutationibus, locationibus, ære alieno dissoluendo, diuitijs conseruandis.

Vel in publicis extra bellum, in legibus ferendis, non ferendis, abrogandis, seditionibus comprimendis, conseruandis ciuitatibus, reconciliandis, tributis, vectigalibus, iudicijs disponendis.

In militia, in bellis suscipiendis, non suscipiendis, tempore, loco, rei gerendæ modo, captandis, occultandis suis consilijs, hostilibus detegendis, eludendis, militibus deligendis, exercendis, animandis, parandis armis, vasis, machinis, impedimentis, classibus, commectibus, stipendijs, acie instruenda, pugna pugnanda, victoria moderanda. Attingit nonnulla Plinius in Traiano.

Hoc veri Principis atque etiam Consulis reconciliare æmulas ciuitates, tumentesque Populos non Imperio magis, quam ratione compef-

Octo virtutes in prudentia committuntur diligenter notanda.

Pietatis partes & natura.

Ausonius in actione gratiarum ad Imperatorem Gratianum.

compescere. Intercedere iniquitatibus magistratum, infectumque reddere quicquid fieri non oportuit. Postremo velocissimi syderis instar, omnia inuisere, omnia audire, & undecunque inuocatum statim velut numen adesse: Talia esse crediderim, quae ipse mundi parens temperat nutu, si quando oculos dimisit in terras, & facta mortalium inter diuina opera numerare dignatus est, quibus nunc per te liber, solutusque caelo tantum vacat, postquam te dedit, qui erga hominum genus vice sua fungeris: fungeris enim, sufficisque mandatis, cum tibi dies omnis summa cum vilitate nostra, cum tua laude condonatur.

Laus actionum, & laboris, in tuenda republ.

Latinus Pacatus in panegyri Constantini.
Latinus Pacatus virum egregijs districti negotijs sic effert laudibus.
Gaudent profecto diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat aeternitas, & quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est, vt indefessa vertigo caelum rotat, vt maria aestibus iniquita sunt, & stare sol nescit, ita tu Imperator continuatis negotijs, & in se quodam orbe redeuntibus semper exercitus es.

Laus iustitiae.

In facie aurea.
Magna imprimis iustitiae veneratio, nec immerito *Ἐπιούριος ἀστὴρ ἀγδίζεις*, monet Argentarius Anthol. l. 4. cuius faciem auream, & auro oculos fecit Pindarus apud Athenaeum lib. 12.

Iustitiae enim comitum.
Haec certe, (vt ait Cyprianus, lib. 12. de abusionibus) est pax populorum, tu tamen patriae, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terrae fecunditas, solatium pauperum, de cuius laude scripsit Libanius Oratione singulari, & praecleara habet Tull. lib. 2. officiorum sect. 39. & 40.

Est autem virtus vnicuique suum tribuens, quae in tres partes diuiditur: Vna naturalis est, quam ab ipsa natura accepimus; altera legitima, quae est ex constitutione Principis, aut populi autoritate sancita; tertia posita est in consuetudine, quae ius continet, sine lege propter antiquitatis obseruantiam vsitata.

Iustitia patris & laudationis capta.
Iustitia naturalis in sex quoque partes distribuitur: Prima est religio, iustitia erga Deum, & vis quaedam menti insita, quae Dei metu, & sacrorum ceremonijs hominem regit.

Δικαιοσύνης τὸ ἀλλοῖον ἐν τῇ πρὸς θεοῦ εὐσεβείᾳ, inquit Porphyrius, lib. de abstinentia à carnibus.

Secunda pietas, Iustitia, quae Deo, patriae, parentibus, amicis, affinis, diligens cultus, ac debita redditur obseruantia, & charitas.

Tertia, gratia officiorum bonorum, amicitiarum memoria, & remuneratio.

Quarta, vindicatio, qua iniustitia vim, aut contumeliam defendendo propulsat, aut in scelera animaduertit.

Quinta, obseruantia, & veneratio maiorum, vt sacerdotum, & senum.

Sexta, veritas, in dictis, simplicitas, & fides.

Partes iustitiae sunt, maxime eius, quae in vindicando, & defendendo posita est, iustos & infantes tueri; iniustos, & noxios persequi: accusando, deferendo, cognoscendo, inquirendo, damnando, supplicijs afficiendo: Acta, contractus, leges, decreta publica, pacta iusta sancire, & sancita defendere, iniusta rescindere, antiquare, abrogare, scelus iniustum tollere, res, & fortunas legitimis dominis reddere, nummos adulterinos tollere, mensuras, & pondera aequare, iustam distributionem facere, dignis digna tribuere, fidem seruare patriae, principi, magistratibus, popularibus, ciuibus, externis, domesticis, hostibus, gratiam bene meritis referre.

Laus fortitudinis.

Fortitudo murus est Semiramidis, quo vita aduersus tot impendentes malorum procellas munitur.

Daui, vt illex iunsa bipennibus.
Nigra feracis frondis in Algido,
Per damna, per caedes ab ipso
Ducit opes, animumque ferro,

Et hoc putat esse pati, quod *κατὰ δαίμονα φέρων* *ἔπι τι* *ἔστι* *ἰσχυρῶς*, vt ait Nazianz. in tetraſtichis.

Est autem virtus, qua res mortiferas, & *ἀνεπιτηνά*, mortemque ipsam contemnimus.

Fortitudinis quatuor sunt species, quarum splendor est maximus; magnanimitas, fiducia, patientia, perseverantia.

Magnanimitas est exaggerata animi quaedam moderatio, qua res magnas & aggredimur, & administramus.

Fiducia est, per quam magnis, & honestis rebus

N n n 3 ; rcbus

rebus animus multum in se latere praesidij, Deo semper auspice existimat.

Patientia est rerum aduersarum honestatis causa, perpressio voluntaria, & diuturna.

Perseuerantia est continuus vitae tenor in rebus honestis, & magnis.

Partes igitur fortitudinis sunt, moderatio in vtraque fortuna, aggressio rerum periculofarum, vt hostium, latronum, ferarum, incendionum, &c. defensio virium, armorum, vexillorum, &c. tolerantia animi molestiae, dolorum corporis, inedia, sitis, morbi, laboris, algoris, vulnere, verberum, tormentorum, ignium, paupertatis, ignominiae, naufragiorum, &c.

Laus Temperantiae.

FRANUM porro aureum temperantia, quae *ἐν τῇ τ' ἀσθενείᾳ πολυφρονίᾳ παρέχει νόον*. Est enim rationis in libidine, atque in alios non rectos, animi impetus, firma, ac moderata dominatio.

Temperantiae partes tres sunt, continentia, clementia, & modestia.

Continentia est, qua ratione, & consilio continentur cupiditates.

Clementia, lenitas in puniendo.

Modestia est pudor honestus, & in honoribus moderatio.

Huius igitur munus est, frænare cupiditates, maximè uerem, linguam, gulam, iram: frugalitatem, & sobrietatē exercere in cibo, potuque, abstinentiam à cupedijs, & opiparis condimentis, alios praeterea ad temperantiā incitare verbis, exemplo, legislatione, interdico, frui temperantiae commodis, flore, & integritate corporis, suauitate castimoniae, declinare prauas consuetudines, libros obscænos, cantiones, imagines, spectacula impudica, integrum castimoniae florem tueri, studio literarum, labore corporis, abstinentia, siti, inedia, modesto vestitu, fuga, & latibris.

Nonnulla assequutus est Latinus Pacatus, insignis orator, in Panegyrico Theodosij.

An quis ferret moleste, ad Principis senis modum coerceri? aut subtractum doleret sibi de priuata luxuria, cum videret Imperatorem rerum potentiam, terrarum, hominumque dominum, parcē, contentēque uiuentem, modico, & castrensi cibo ieiunia longa solantem? Ad hæc aulam omnem Spartanis gymnasijs duriorē, laboris, patientiae, fru-

galitatis exemplis abundantem neminem inueniri, qui auderet ad penum regium flagitare, remotorum litorum piscem, peregrini aeris uolucrem, alieni temporis florem, & cetera planè egregia.

Tandem addit. Tuæ, Imperator, epulæ mensis communibus parciores locorum, ac temporum fructibus instruuntur. Hinc certati in omnes luxuriæ pudor, parcimonie cultus inoleuit, & quiescentibus legum sumptuariarum minis, subit quandoque priuati sui poenitentia.

Laus Clementiae.

CLEMENTIA Dei natura est, virtus vna ex Clementia omnibus maximè amabilis, in cuius commendationem extat præclara Themistij oratio, de humanitate Theodosij Imperatoris, habita in Senatu.

Nonnulla item attigit Chrysof. in orat. Flauiani, homil. 20. ad populum Antiochenum.

Multa quoque, & præclara habet Claudianus in Panegyri Manlij Theodorici, iuxta vers. 210.

Sed quis artifex laudem clementiae melius tyrones docebit, quam M. Tullius orat. pro M. Marcell. nu. 8.

Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudinē innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes, sed tamē ea uicisti, quæ & naturam, & conditionem, vt uinci possent, habebant.

Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ non feruo, ac viribus debilitari, frâgiquē possit. Verum animum uincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem: hæc qui facit, non ego cum summis uiris comparo, sed simillimum Deo iudico.

Hanc eandem virtutem egregiè laudat Aristides in panegyrico Marci Aurelij Antonini ubi ait;

Ἡμερότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ διενήνοχεν ἀπάντων βασιλέων. ὥστε μικρὸν μὲν οἷα πατρῆς, μικρὸν δ' οἷα ποιμῆν τῶν ἀλλῶν εἶπεῖν εἶνα.

LAU

Laus liberalitatis.

Ziberalitas

Liberalitatis, & munificetia splendor est maximus: est enim, vt verbis Nicetae vtar *ἡλιος ἄβυσσος* & *καὶ ἄλλα φιλοδωρία*. Laudatur autem ab effectis, in quibus considerantur & ea quae erogantur, & in quos erogantur. Elucet igitur magnificentia in vrbibus condendis, reparandi, in aquarum, fluminum, lacuum deuotionibus, expurgationibus, in templis, monasterijs, xenodochijs, scholis, gymnasijs extruendis, theatris, amphitheatris, circis, vijs publicis munitis, sternendis, incidendis, in portibus, arcibus, turribus, vallibus, moenibus, aggeribus, in portibus, balneis, hermis, viuarijs, horris, bibliothecis, in ararijs, portibus, naualibus, horreis, cellis, aqae ductibus, puteis, in armis, machinis, vestimentis, pompis, ludis, nuptijs, conuiuijs, in quibus nimis plerumque munifici sunt homines.

In sepulchris, aris, b. isterijs, sacra suppellectile, imaginibus, picturis, obeliscis, colossis. Liberalitas non aqae sumptum facit, ac munificetia: liberalitatis tamen est dare vlimera, agros, domos, pecunias, vestes stragulas, libros, vasa, vestigalia, redditus, decimas, primitias, priuilegia varia, religiosis, pauperibus, orphanis, amicis, hostibus, exiubus, captiuis, viris litteratis.

Humilitas
ab vno Et b
nicorū An
tisthene ha
bita est pro
summo bo
no.

Humilitatem Rhetores, & Philosophi profici vix agnouerunt, quanquam Theodoretus in oratione de sine & iudicio refert Antisthenem summum bonum posuisse in *ἀνυσία*, quoniam recte designatur humilis.

Huius partes sunt sacerdotia, dignitates, regna, imperia, vestitus honorificos, triumphos, trophaea, statuas, imagines, titulos, elogia magnifica negligere, honores declinare, quod multi fecerunt latebris, fuga, morbi praetextu, mutilatione, item de se demisse sentire, loqui, ad seruilia munia se abijcere.

Et haec de laudibus personae secundum virtutes animi, & corporis fatis.

Humilitas
in partes.

Vituperatio. Ex contrarijs, vt apparet, locis petitur, nec alijs, aut plenioribus indiget preceptis. Tantum illud prudentes oratores obseruant, vt ad vituperandum necessitate potius ducti, quam sua natura incitati videantur. Deinde, vt à maledictis triualibus abstineant: Tertio, vt nihil conuictorum temere effundant, sed quicquid dixerint, certis addicant rationibus.

Nam improbum, & perfidum, & impium & caetera id genus aliquem dicere, nihil verò demonstrare, rixari est muliercularum, aut puertorum more, quod recte notauit Demosthenes Olynthiaca secunda. τὸ μὲν οὖν ἐπισηκὸν καὶ ἀπίστον χαλεπὸν αἰεὶ τὰ πεπραγμένα δεικνύται, λοιδορίαν εἶναι τις ἀνέφησε κενὴν δικαίως. τὸ δὲ πάντ' ὅσα πῦσσ' ἐπραξε διεξιόντα, ἐφ' ἀπάσιν ἐτόποις ἐλέγχειν, ἔβραχεῖ. ὁ λόγος συμμετρεῖ δέουσαι καὶ δοῦναι ἐνεκα ἡγέμευα συμετρεῖν εἰρηδῶν. Nunc quoniam hoc ipso loco nobilissimi Rhetores tradunt Panegyricarum, nuptialium, natalitiarum denique orationum methodum, hanc ex Dionysio Halicarnass. subiiciam.

**ARS PANEGRICORVM M.
Nuptialium, & natalitiarum
Orationum.**

Ex Dionysio Halicarnassensi. De Panegyri.

Graeca incipiunt πανηγυριε εὐρημα ἡ καὶ: que quoniam nihil ad elegantiam faciunt, omittimus, ea tantum indicantes, quae signanter in auctore dicta fuerint.

Oeconomia, & distributio.

CAPVT VIII.

In praefatione ostendit, quid sit panegyris, & quae eius inuentio. An esse, εὐρημα καὶ δῶρον θεῶν εἰς ἀνάπαυσιν τὴν περὶ τὸν βίον μεζῶνων παραδιδουμένη. Proprie autem Panegyres dici celebres conuentus, & ludos, quorum finis τέρψις, καὶ ψυχαγωγία. Addit Athletas, & Musicos. Μουσῶν καὶ Ἀπολλῶν ὁπαλοῦς ornare Panegyres, sed maxime viros doctos, & eloquentes: deinde ad praeccepta delibitur.

Panegyris
quid?
Panegyrica
orationis
methodus.

Primo, Dii panegyris praesides laudandi, & hoc est, inquit, πρωταρχῶν θεῶν εὐχὰς προκεκλήμενον τὸν λόγον, sed ista: falsorum numinum laudationes loage à Christianis exulent, qui speciosissima in Deo, & sanctis naeti sunt argumenta. Plenus est autem Antistides haru laudationu exemplis, e quibus imitatio

quemadmodum comparasti, cum tecum in-
 diam, tecum ferrent sitim, cum in illa medi-
 tatione campestri militatibus turmis impe-
 ratorum puluerem, sudoremque misceres,
 nihil à ceteris, nisi robore, ac præstantia disfa-
 gens, cum eminens libero Marte tela vibrares,
 nunc vibrata susciperes, alacer virtute mili-
 tum, & lætus, quoties, aut cassidi tuæ, aut cly-
 peo grauior ictus incideret, laudabas quippe
 ipse ferientes, hortabarique ut auderent, & au-
 debant, iam cum spectator, moderatorque
 incuntium certamina virorum, arma compo-
 neres, tela tentares, ac si quid durius accipienti
 videretur ipse vibrares. Sed quis disertius ar-
 tem militarem exulit, quam Cicero, in suo
 Pomp. pro lege Manilia num. 28.

Quis igitur hoc nomine scientior vnquam,
 aut fuit, aut esse debuit, qui è ludo, atque pue-
 ritie disciplina, bello maximo, atque accer-
 tatis hostibus, ad patris exercitium, atque in
 militiæ disciplinam profectus est? qui extrema
 pueritia miles fuit summi Imperatoris? Ine-
 unte adoleſcentia, maximi ipse exercitus Im-
 perator? qui sapius cum hoste conflixit, quàm
 quispiam cum inimico decertauit? plura bel-
 la gessit, quam alij legerunt? plures prouincias
 consecit, quàm alij concupiuerunt? Cuius a-
 dolescentia ad scientiam rei militaris, non
 alienis præceptis, sed suis imperijs: non offen-
 sionibus belli, sed victorijs: non stipendijs, sed
 triumphis est traducta? Quod denique ge-
 nus belli esse potest, in quo illum non exer-
 cuerit fortuna reip. Ciuile, Africanum, Tran-
 salpinum, Hispaniense, mistum ex ciuiliati-
 bus, atque ex bellicosissimis nationibus, ser-
 uile, nauate, varia, & dispersa genera, & bel-
 lorum, & hostium non solum gesta ab hoc
 vno, sed etiam confecta, nullam rem esse de-
 clarant, in vsu militari positam, quæ huius vi-
 ri scientiam fugere possit. Iam verò virtuti
 Cnei Pompeij, quæ potest par oratio inueni-
 ri? quid est, quod quisquam aut dignum illo,
 aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum
 possit afferre. Neque enim illæ sunt solæ vir-
 tutes Imperatoriæ, quæ vulgò existimantur,
 labor in negotijs, fortitudo in periculis, indu-
 stria in agendo, celeritas in conficiendo, con-
 silium in prouidendo, quæ tanta sunt in hoc
 vno, quanta in reliquis Imperatoribus, quos
 aut audiimus, aut vidimus, non fuerunt, Te-
 stus est, & cæter. De Cæsaris bellica
 peritia, vide Sueton.

Laus à varijs artibus & scientijs.

In qua delineantur primis veluti apieibus
capita, quibus scientiæ, & virtutes com-
mendari solent,

Grammaticæ.

DE laude Grammaticæ legendus Capella
 lib. 2. Diomedes in epist. ad Athanasium.
 Diodorus libr. 12. in Charonda legibus.
 C. Suet. de illustribus Grammaticis, & de
 Criticis. Mercur. 6. variat. cap. 1.

In Grammatico verò primùm laudabuntur *Grammari-
ca laus.*
 inuenta, si quæ in literarum figuris, potestate,
 vocum significatione, nominum expositione
 prudenter excogitarit.

Secundo, documenta, si viua voce, si scrip-
 tis, si vsu, & consuetudine hominum docue-
 rit linguas, literas, authores.

Tertio, si quam purè loquatur, & scribat.
 Quarto, si linguas multas, si præstantes, vt
 Hebraicam, Græcam, Latinam calleat.

Quinto, si subtiliter etymologias accersat
 à fontibus, ambiguas & obscuras, magna in-
 genij dexteritate illustret.

Sexto, si profunda in eo historicorum, &
 poetarum lectio, si subtilitas in interrogando,
 alacritas in disputando, prudentia in inter-
 pretando. Grammatica enim, vt ait Philo, lib.
 de Cherub. ποιητικὴν ἐρευνᾶσα, καὶ παλαιῶν
 πράξεων ἰστορίας μεταδιώκονσα.

Laus Rhetoris, siue Oratoris.

PHilo eodem libro de Cherub, paucis om-
 nem vim Rhetoricæ complexus est: Ρητο- quid: ἡ
 ρικὴ ἢ τὰς τε ἐν ἐκάστῳ δεινότητας δεξιᾶν- Philono.
 σα, καὶ πᾶσαν τὴν πρῶτασαν ἐρμηνείαν
 ἐφαρμόζονσα, τὸν ἄνθρωπον, καὶ περιπαλοῦσιν, καὶ
 ἐμπροσθεν ἀνέτεται, καὶ ἠδονᾶς, καὶ σπουδῆς, καὶ
 ἰσχυροῦς, καὶ ταφανατηρία δεξαναεῦ-
 πραγίας περιποιῶσα.

Explorat vim omnem dicendi, & vnicui-
 que argumento propriam accommodat elo-
 cutionem: præterea contentiones, & affectus
 vehemenssimos, & remissiones, & suauita-
 tes, & delicatos lepores, & pronuntiationis ar-
 tificium dispensat.

Laudabitur ergo Rhetor à partium enu-
 mera.

meratione Rhetorices, & in omnibus, abfolutus ostendetur.

Primò, si eius inuentio fit foecunda, folers, ingeniofa, hominum fenfibus accommodata.

Secundò, si difpofitio apta, prudens, clara.

Tertiò, si elocutio pura, elegans, perfpicua, culta, venufta, plena, mollis, florida, fuavis, incitata, grauis, omni denique verborum ornatu, & fententiarum grauitate affluens.

Quartò, si pronuntiatio elegans, venufta, decens.

Quintò, si memoria felix, firma, diuturna.

Sextò, si doceat, fcribat, declamet, oret, concionetur, deliberet, legatione fungatur cum dignitate, dexteritate, facilitate, grauitate, prudentia, felicitate.

Septimò, si in certaminibus eloquentiae fuerit coronatus, ad fummum fi moneat, perfuadeat, flectat, impellat, in animis hominum regnet, & domineretur.

Exat praecelara laus viri eloquentis apud Lucanum, in poematio, ad Calphurnium Pifonem v. 43. Item apud Ouidium l. 2. de Pontico, Eleg. 5. ad Solanum. Apud Plinium Iuniorum l. 2. ep. 3. Apud Senecam in controuerfijs de Craffo Seuero in praefatione. l. 3. apud Synefum in Dione.

Nonnulla complexus eft Aufonius ad Gratianum his verbis: Quis aut dicenda prudentius cogitauit, aut confultius cogitata difpofuit, aut difpofita maturius expediuit?

Deinde, quis tenor vocis, cum incitata pronuntias, quae inflexio cum remiffa, quae temperatio cum veraque difpenfati? Quis Oratorum laeta, iucundius, facunda, cultius, pugnatiua, denfius, aut denfata glomeratius dixit, aut quod eft liberum cogitauit? Vellem fi rerum natura patereretur, Xenophon Attice in noftrum aeuum venires, tu quid ad Cyri virtutes exequendas vorum potius, quam hiftoriam commodiffi, cu diceres, non qualis efferet, fed qualis efferet. Si nunc in tempora ifta proceres, in noftra Gratiano cernebas,

quod in Cyro tuo non videbas, fed optabas.

Aufonius in actione gratiarum ad Gratianum Imperatorem. Pronuntiatio commoda.

Laus Poetae.

Capita.

Legendus eft Cornelij Taciti, fuae Fabij Quintilianij dialogus, qui multa habet pro Poeti, & contra Poefim. Item Sil. Italic. fub finem lib. II. Anthol. l. I. ep. 115. Luciani Genethliacon, apud Statium. Floridus, l. 3. lucif. c. 7. in obtretratores Poetarum.

Poeticè dicitur a Maximo Tyrio, orat. 28. Poefi quid philosophia τὰ ἐν χρόνῳ παλαιά, τῆ δὲ ἀεμίονα ἐμμετ. ὁ, τῆ δὲ γνάμνι μεθολογικῆ; Philofophia est poro vetusta, confontia metrica, argumento fabulosa.

Laudatur Poeta, primum fi varijs linguis fcribit; Graece, Latine, Gallice; fi omnia poematum genera, vt epigrammata, elegias, odas, comedias, tragœdias, fatyras, heroica.

Secundò, si ingeniofus, acutus, grauis, fuavis, perfpicuus, fi feruat in rebus fpiritum, proprietatem & elegantiam in verbis, decorum in actionibus.

Tertiò, si recitat, docet, fcribit, mouet, delectat.

Quartò, si praemijs nobilitatus fuerit, dignitate, ftatua, corona, obfequijs, hymnis, fepulchro, & caeteris honoribus, quibus affecti veteres poetae leguntur.

Laus Philosophi.

Philofophiae laudem paucis complectitur M. Tullius, Tufcul. 5. feft. 5. Martianus vero Capella descriptionem habet Dialecticae, lib. 4. vbi depingitur acri vifu, & vibrantibus continua mobilitate luminibus, crinibus tortuofis, fub pallio viperinas infidias occultas.

Inter Poetas Claudianus, in confulatu Mallij Theodoretii, verf. 60. locum pertexit infignem de laude philofophi. Item C. Sidonius Apollinaris, in Panegyrico Antemij, verf. 180.

Ad has quoque laudationes faces preferunt, qui Philofophorum laudes, & vitas concripferunt, vt Eunapius Sardinus Antiffius Idolbrum filius, Porphyrius, Sorio, Philoftratus Tenius, Ammonius Aegyptius, Dion Bythinus, Diogenes Laertius, & Luciani Demonax.

In Logico igitur obiter commendatur fubtilitas in inueniendo, in dicendo perfpicuitas, in difputando vis.

Laus.

Laudabitur Physicus, si inuenerit causas, effectus, res, rationes, regiones, & cætera, quibus vitæ ciuili decus, & vtilitas conciliari possit.

Secundò, si res omnes naturales, cœlum, ignem, ærem, aquã, terram, meteora, stirpes, arbores, herbas, animalia, eorumque affectus, figuram, proprietates, lineamenta, staturam complexus fuerit.

Tertiò, si in Physicis mechanicis sit versatus, vt si salinarius, hydraulicus, aquiregus, fluminum deriuator.

Quartò, si naturali scientia, in medicis, bellicis, politicis, rusticis, nauticis, architectonicis, ludicis, theatris, vtiliter, feliciterque vtarit.

Ethici verò partes sunt, de summo bono philosophari, vitia, & virtutes suis coloribus depingere, definire, distinguere, mederi affectibus, mores instituire, saluberrimis præceptis vitam regere.

Laus Medici.

Ad laudem Medicinæ in genere præstat legere vitam Galeni, ex Iulio Alexandrino collectam, Andream Tiraq. in commentarijs de nobilitate, Antonium Gueuaram, in epist. ad Doctorem Melgarim Brissonium. Sunt multa Medico cum Physico communia, sed præterea laudatur medicus, si quid inuenerit in medicinæ inquisitione, ratiocinatione, obseruatione.

Secundò, si excellat, rem anatomicam cognoscendo, dispensando medicamenta, prædicendo, medendo, curando, &c.

Laudem, & conditiones *Iurisperiti*, vide l. 12.

Laus Mathematici.

DE Mathematicis disciplinis dixit Augustinus lib. de ordine: *quas multi sancti neficiunt quid m, & qui etiam sciunt eas, sancti nõ sunt.* Constat tamen, si legitime tractentur, earum dignitatem, & vtilitatem permagnam esse. His suffragantur Timæus Platonis, Aristoteles multis in locis, Alcinosus in Isagoge ad Doctrinam Platonis. Quin Plutarchus commemorabilem sententiam Platonis notat, *θεὸν μάθησα πάντα γινώσκω*.

Laudabitur Mathematicus, si musicam, perspectiuam, mechanicam, cosinographiam, geometriam caueat.

Secundò, si in astrologicis sit bene versatus, aliqua inuenerit, docuerit, scripserit.

Tertiò, si cœli motus, astorum cursus, & conuersiones, annos, bissextum, solstitia, ecclespes, plenilunia, festos dies, recta ratione indaget, aperiat, explicet.

Quartò, si astronomia feliciter, & vtiliter in vtra ciuili vtarit, si non sit Genethiacus, iudiciarius, prognosticus, Criticus, Chaldaeus.

Quintò, si tempestates futuras, vbertatem, fertilitatem, celebritatem loci prædicat.

Sextò, si Arithmeticam probè teneat, non nihil inuenerit, communicarit, eadem in temporum distributionibus, supputationibus, disciplinis, contractibus, mercimonijs, tributis bene vtarit, &c.

Laus Musici.

EXTat apud Cassiodorum lib. 2. *variar.* 40. ad Boetium Patritium præclara laus Musica. Item apud Martianum Capellam l. 9.

Laudatur Musicus ab effectis, si musicam inuentis, exemplis, scriptis illustrarit, certarit, in publicis certaminibus coronatus fuerit.

Secundò, si fidicen, citharædus, lyrista, tibicen, Choraula, tubicen.

Tertiò si in sacris, in honestis spectaculis, in prælio, cum laude cantarit.

Si musica memoriam firmarit, studia grauiora lenierit, agrestes cicurarit, pietatem, & cultum Dei promouerit, castitatem fuerit tutatus, temperantiæ consuluerit, ad fortitudinem incitarit, ad prælium animarit, iram sopierit, tristitiæ nubem discusserit, &c.

Laus Theologi.

IN apice scientiarum sedet Theologia, quæ propius solem æternum respicit: vera sapientia, præ cuius luce profinæ scientiæ nihil aliud videntur, quàm marcescentes vanitates, vt appellantur à D. Ambrosio, Hexam. l. 6.

Exemplar laudibus huiusmodi esse poterit, quod habet D. Greg. Nazianz. in oratione funebri S. Basilij, vbi eius sapientiam excellenti stylo commendat. Paucis, & byssinis verbis S. Augustini laudem complexus est Volusianus. *Legs deest, quæ quid ab Augustino conigerit ignorat.*

Ab ea sic commendatur Theologus. Primò, si librorum factorum, si patrum orthodoxo-

De ijs intelligendus Tertull. Expellat ne Mathematici, sicut & Angeli eorum præsumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi.

rum, & decretorum Ecclesie accuratam cognitionem habeat.

Secundò, si prudenter, piè, feliciter interpretetur, viva voce, scriptis commentarijs, concionibus.

Tertiò, si sublimes quæstiones de Deo, Angelis, & Christianæ religionis mysterijs, quæ ad scholasticam attinent disertè, subtiliter, sanctè, grauitèr enucleet.

Quartò, si Theologiam, quam moralem vocant, de actionibus Christianis licitis, vel illicitis, partim vi iudicij, partim longa lectione fuerit cõplexus, si in huiusmodi quæstionibus discutiendis solers sit, & prudens, &c.

Laus Pietatis.

Scientia ad virtutes transeo. Primum locum obtinet pietas, de qua Synesius in libro ad Imperatorem Arcadium, de regno.

Ευπίθεια ἢ πρῶτον ὑποβεβλήτω, κρηπίς ἀσφαλὴς ἐφ' ἧς ἐκείναι τὸ ἀγαθὸν ἐμπεδόν. Hæc basis firma est, cui imperij, & vitæ priuata simulachrum insidit.

Pietatis partes & muner.

Vt est autem cultus erga Deum, huius partes sunt amor Dei, timor, & honor, testatus fide, spe, charitate, & officijs iustitiæ Christianæ.

Secundò, hæreseos odium, zelus propaganda religionis Christianæ.

Tertiò, preces, supplicationes, orationes religiosæ, cum frequentia, constantia, perseuerantia, vehementia, seruire, ardore.

Quartò, grati animi significatio erga Deum, votiua, vel libera, corporis voluntaria afflictatio, castitas, paupertas, obedientia, peregrinatio religiosa, honores Ecclesiasticis habitij, librorum factorum, templorum, imaginum cultus, &c.

Auson. in actione gratiarum ad Imperatorem Gratianum.

Nonnulla attigit Ausonius ad Gratianum, Nullum quidem diem ab adolescentia tua, nisi adorato Dei numine, & voti reus, & illicò absolutus egisti, lotis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & quod in paucis est, cogitatione sincera (inde castitas Imperatoris) Operto conclaui tui, non sanctior ara Vestalis, non Pontificis cubile castius, nec puluinar flaminis tam pudicum.

Addit de modestia. Cuius vnquam egressus auspicator fuit, aut incessus modestior, aut habitudo cohibitor, aut familiaris habitus condecorior.

Laus Prudentia.

Prudentia, quæ à Synesio ἀπασῶν ἀρετῶν βασιλικωτέρα dicitur, ab Aristotele definitur, Εἴης μετὰ λόγου ἀληθοῦς, κατὰ ἀγαθὰ ἀνθρώπινα, καὶ κακὰ πρακτικῆ. Habitus cum recta ratione, in bonis, malisque actiuus.

Octo virtutes in prudentia committuntur diligenter notanda.

Laudabuntur in prudente octo virtutes administræ prudentiæ, memoria, intelligentia, docilitas, solertia, ratio, prouidentia, circumspectio, cautio.

Memoria, est cognitio rerum præteritarum.

Intelligentia præsentium. Docilitas notitia per institutionem comparata.

Solertia, quæ est ingenij in inueniendo, & conijciendo sagacitas.

Ratio, quæ argumentatione, & ratiocinatione concluditur.

Prouidentia, est ipsa dispositio rerum ad finem consequendum idonearum.

Circumspectio, est ad circumstantias rei ipsius, de qua agitur, attentio.

Cautio denique, molitio quædam mentis, aduersus ea, quæ sese obijciunt impedimenta.

Et hæc de ipsa virtute considerantur.

Quod verò ad obiecta pertinet, vel est in rebus priuatis, circa coniugem, sobolem, fortunam, rei familiaris administrationem, in venditionibus, emptionibus, commutationibus, locationibus, ære alieno dissoluendo, diuitijs conseruandis.

Vel in publicis extra bellum, in legibus ferendis, non ferendis, abrogandis, seditionibus comprimentis, conseruandis ciuitatibus, reconciliandis, tributis, vectigalibus, iudicijs disponendis.

In militia, in bellis suscipiendis, non suscipiendis, tempore, loco, rei gerenda modo, captandis, occultandis suis consilijs, hostilibus detegendis, eludendis, militibus deligendis, exercendis, animandis, parandis armis, vasis, machinis, impedimentis, classibus, commectibus, stipendijs, acie instruenda, pugna pugnanda, victoria moderanda. Attrigit nonnulla Plinius in Traiano.

Hoc veri Principis atque etiam Consulis reconciliare æmulas ciuitates, tumentesque Populos non Imperio magis, quam ratione compescit.

compescere. Intercedere iniquitatibus magistratum, infectumque reddere quicquid fieri non oportuit. Postremo velocissimi syderis instar, omnia inuisere, omnia audire, & undecumque inuocatum statim velut numen adesse: Talia esse crediderim, quae ipse mundi parens temperat nutu, si quando oculos dimisit in terras, & facta mortalium inter diuina opera numerare dignatus est, quibus nunc per te liber, solutusque caelo tantum vacat, postquam te dedit, qui erga hominum genus vice sua fungeris: fungeris enim, sufficisque mandatis, cum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, cum tua laude condonatur.

Laus actionum, & laboris, in tuenda republ.

Latinus Pacatus in pa- negri Con- stantini.

Latinus Pacatus virum egregijs districtu negotijs sic effert laudibus. Gaudent profecto diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat aeternitas, & quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est, vt indefessa vertigo caelum rotat, vt maria aestibus inquieta sunt, & stare sol nescit, ita tu Imperator continuaris negotijs, & in se quodam orbe redeuntibus semper exercitus es.

Laus iustitiae.

Iust. facies aurea.

Magna imprimis iustitiae veneratio, nec immerito *Επιτιμιον ἀεισέου δικαιο*, monet Argentarius Anthol. l. 4. cuius faciem auream, & aureos oculos fecit Pindarus apud Athenam lib. 12.

Iustitia en- comium.

Haec certe, (vt ait Cyprianus, lib. 12. de ab usonibus) est pax populorum, tu tamen patriae, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terrae fecunditas, solatium pauperum, de cuius laude scripsit Libanius Oratione singulari, & praecelara habet Tull. lib. 2 officiorum sect. 39. & 40.

Est autem virtus vnicuique suum tribuens, quae in tres partes diuiditur: Vna naturalis est, quam ab ipsa natura accepimus: altera legitima, quae est ex constitutione Principis, aut populi auctoritate sancita; tertia posita est in consuetudine, quae ius continet, sine lege propter antiquitatis obseruantiam vtitur.

Iustitia par- tes & lau- dationis ca- pita.

Iustitia naturalis in sex quoque partes distribuitur: Prima est religio, iustitia erga Deum, & vis quaedam menti insita, quae Dei metu, & sacrorum ceremonijs hominem regit.

Δικαιοσύνης τὸ κολμισόν ἐν τῇ πρὸς θεοῦ εὐσεβείᾳ, inquit Porphyrius, lib. de abstinentia à carnibus.

Secunda pietas, Iustitia, quae Deo, patriae, parentibus, amicis, affinis, diligens cultus, ac debita redditur obseruantia, & charitas.

Tertia, gratia officiorum bonorum, amicitiarum memoria, & remuneratio.

Quarta, vindictio, quae iniustitiam, aut contumeliam defendendo propulset, aut in scelera animaduertit.

Quinta, obseruantia, & veneratio maiorum, vt sacerdotum, & senum.

Sexta, veritas, in dictis, simplicitas, & fides.

Partes iustitiae sunt, maxime eius, quae in vindicando, & defendendo posita est, iustos & insontes tueri; iniustos, & noxios persequi: accusando, deferendo, cognoscendo, inquirendo, damnando, supplicijs afficiendo: Acta, contractus, leges, decreta publica, pacta iusta sancire, & sancita defendere, iniusta rescindere, antiquare, abrogare, scelus iniustum tollere, res, & fortunas legitimis dominis reddere, nummos adulterinos tollere, mensuras, & pondera aequare, iustam distributionem facere, dignis digna tribuere, fidem seruare patriae, principi, magistratibus, popularibus, ciuibus, externis, domesticis, hostibus, gratiam bene meritis referre.

Laus fortitudinis.

Fortitudo murus est Semiramidis, quo vita aduersus tot impendentes malorum procellas munitur.

*Durus, rot ilex tansa bipenniibus,
Nigra feracis frondis in Algido,
Per damna, per caedes ab ipso
Ducit opes, animumque ferro.*

Et hoc putat esse pati, quod *καταλαβὴν φουδὸν* *Pati quid?* *ἢ ἰσχυροτέρων*, vt ait Nazianz. in terrastichis.

Est autem virtus, qua res mortiferas, & *δύσχερα*, mortemque ipsam contemnimus.

Fortitudinis quatuor sunt species, quarum splendor est maximus; magnanimitas, fiducia, patientia, perseverantia.

Magnanimitas est exaggerata animi quaedam moderatio, qua res magnas & aggredimur, & administramus.

Fiducia est, per quam magnis, & honestis rebus

rebus animus multum in se latere praesidijs, Deo semper auspice existimat.

Patientia est rerum aduersarum honestatis causa, perpassio voluntaria, & diuturna.

Perseuerantia est continuus vitae tenor in rebus honestis, & magnis.

Partes igitur fortitudinis sunt, moderatio in vtraque fortuna; aggressio rerum periculofarum, vt hostium, latronum, ferarum, incendionum, &c. defensio urbium, armorum, vexillorum, &c. tolerantia animi molestiae, dolorum corporis, inedia, sitis, morbi, laboris, algoris, vulnerum, verberum, tormentorum, ignium, paupertatis, ignominiae, naufragiorum, &c.

Laus Temperantiae.

FRANUM porro aureum temperantia, quae ἐν τῇ ἰσχυρίᾳ πολυφωνίας παρέχει νήφοντα νοῦν. Est enim rationis in libidine, atque in alios non rectos, animi impetus, firma, ac moderata dominatio.

Temperantiae partes tres sunt, continentia, clementia, & modestia.

Continentia est, qua ratione, & consilio continentur cupiditates.

Clementia, lenitas in puniendo.

Modestia est pudor honestus, & in honoribus moderatio.

Huius igitur munus est, frænare cupiditates, maxime venerem, linguam, gulam, iram: frugalitatem, & sobrietatem exercere in cibo, potuque, abstinentiam à cupedijs, & opiparis condimentis, alios praeterea ad temperantiam incitare verbis, exemplo, legislatione, inter dicto, frui temperantiae commodis, flore, & integritate corporis, suauitate castimoniae, declinare prauas consuetudines, libros obscenos, cantiones, imagines, spectacula impudica, integrum castimoniae florem tueri, studio literarum, labore corporis, abstinentia, siti, inedia, modesto vestitu, fuga, & latebris.

Nonnulla assequutus est Latinus Pacatus, insignis orator, in Panegyrico Theodosij.

An quis ferret moleste, ad Principis senium modum coerceri? aut subtractum doleret sibi de priuata luxuria, cum videret Imperatorem rerum potentiam, terrarum, hominumque dominum, parè, contenteque viuentem, modico, & castrensi cibo ieiunia longa solantem? Ad haec aulam omnem Sparranis gymnasijs duriores, laboris, patientiae, fru-

galitatis exemplis abundantem neminem inueniri, qui auderet ad penum regium flagitare, remotorum litorum piscem, peregrini acris volucrem, alieni temporis florem, &c. caetera planè egregia.

Tandem addit. Tuae, Imperator, epulae mensis communibus parciores locorum, ac temporum fructibus instruantur. Hinc certati in omnes luxuriae pudor, parcimoniae cultus inoleuit, & quiescentibus legum sumptuariarum minis, subit quandoque priuatum sui poenitentia.

Laus Clementiae.

Clementia Dei natura est, virtus vna ex Clementia omnibus maxime amabilis, in cuius commendationem extat praecleara Themistij oratio, de humanitate Theodosij Imperatoris, habita in Senatu.

Nonnulla item attigit Chrysofost. in orat. Flauiani, homil. 20. ad populum Antiochenum.

Multa quoque, & praecleara habet Claudianus in Panegyri Manlij Theodorici, iuxta vers. 20.

Sed quis artifex laudem clementiae melius tyrones docebit, quam M. Tullius orat. pro M. Marcell. nu. 8.

Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes, sed tamè ea vicisti, quae & naturam, & conditionem, vt vinci possent, habebant.

Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quae non ferro, ac viribus debilitari, frangique possit. Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem, non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem: haec qui facit, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico.

Hanc eandem virtutem egregie laudat Aristides in panegyrico Marci Aurelij Antonini vbi ait;

Ἡμερότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ διενήνοχεν ἀπάντων βασιλέων. ὥστε μικρὸν ἢ οἷα πατρὸς, μικρὸν ἢ ἰα ποιμὴν τῶν ἀλλῶν εἶπεν εἶνα.

LAM

Laus liberalitatis.

Liberalitas. Liberalitatis, & munificentia splendor est maximus: est enim, ut verbis Nicetae vtar ελευθεριος αβουος και δαλκωσα φιλοδωριος. Laudatur autem ab effectis, in quibus considerantur & ea quae erogantur, & in quos erogantur. Elucet igitur magnificentia in vrbibus condendis, reparandis, in aquarum, fluminum, lacuum derivationibus, expurgationibus, in templis, monasterijs, xenodochijs, scholis, gymnasijs extruendis, theatris, amphitheatris, circis, vijs publicis munitis, sternendis, incidendis, in portibus, arcibus, turribus, vallibus, moenibus, aggeribus, in portibus, balneis, thermis, viuarijs, hortis, bibliothecis, in ararijs, portibus, naualibus, horreis, cellis, aque ductibus, puteis, in armis, machinis, vestimentis, pompis, ludis, nuptijs, conuiujs, in quibus nimis plerumque muniti sunt homines.

In sepulchris, aris, baptisterijs, sacra suppellestile, imaginibus, picturis, obeliscis, colossis. Liberalitas non aequae sumptum facit, ac munificentia: liberalitatis tamen est dare solum, agros, domos, pecunias, vestes stragulas, libros, vasa, vestigalia, redditus, decimas, primitias, prouilegia varia, religiosis, pauperibus, orphanis, amicis, hostibus, exulibus, captiuis, viris literatis.

Humilitas ab uno Ethniciorum Aristophane habita est pro summo bono.

Humilitatem Rhetores, & Philosophi prisci vix agnouerunt, quamquam Theodoretus in oratione de fine & iudicio refert Antisthenem summum bonum possidisse in ἀνοψία, quo nomine recte designatur humilis.

Huius partes sunt sacerdotia, dignitates, regna, imperia, vestitus honorificos, triumphos, trophaea, statuas, imagines, titulos, elogia magnifica negligere, honores declinare, quod multi fecerunt latebris, fuga, morbi praetextu, mutilatione: item de se demissè sentire, loqui, ad seruilla munia se abijcere.

Et haec de laudibus personarum secundum virtutes animi, & corporis satis.

Humilitas in partibus.

Vituperatio. Ex contrarijs, ut apparet, loci petitur, nec alijs, aut plenioribus indiget preceptis. Tantum illud prudentes oratores obseruant, ut ad vituperandum necessitate potius ducti, quam sua natura incitati videantur. Deinde, ut à maledictis trivialis abstineant: Tertio, ut nihil conuictorum temere effundant, sed quicquid dixerint, certis addicant rationibus.

Nam improbum, & perfidum, & impium, & caetera id genus aliquem dicere, nihil verò demonstrare, rixari est muliercularum, aut puerorum more, quod rectè notauit Demosthenes Olynthiaca secunda. τὸ μὲν οὖν ἐπισηκὸν καὶ ἀπίστον χελεῖν ἀνευ τῶν πεπραγμένων δεικνύουσι, τοῖς ὁρίαν ἐνάτις ἀνθρώποις κενὴν δυνάμει. τὸ δὲ πάνθ' ὅσα πάσασ' ἐπραξέε διεξιόντα, ἐφ' ἅπασιν τῶτοις ἐλέγχει, καὶ βραχέως λόγῳ συμβολαίει δειδῶσαι καὶ δοῦναι ἕνεκα ἡγεμονίας συμπεραν εἰρηδοῦσαι. Nunc quoniam hoc ipso loco nobilissimi Rhetores tradunt Panegyricarum, nuptialium, natalitiarum denique orationum methodum, hanc ex Dionysio Halicarnass. subijciam.

ARS PANEGYRICORVM, Nuptialium, & natalitiarum Orationum.

Ex Dionysio Halicarnassensi, De Panegyri.

Græca incipiunt πανηγυρις εὐρημα ἢ καὶ: quæ quoniam nihil ad elegantiam faciunt, omittimus, ea tantum indicantes, quæ signanter in auctore dicta fuerint.

Oeconomia, & distributio.

CAPVT VIII.

IN præfatione ostendit, quid sit panegyris, & quæ eius inuentio. At esse, εὐρημα καὶ δῶρον θεῶν εἰς ἀνάπαυσιν τῆς περὶ τὸν βίον μεζήτων παραδομένη. Propiè autem Panegyres dici celebres cõuentus, & ludos, quorum finis τέρψις, καὶ ψυχαγωγία. Addit Athletas, & Musicos. μῆσῶν καὶ ἀπολλωνίου ὁπαδῶδες ornare Panegyres, sed maximè viros doctos, & eloquentes: deinde ad præcepta delibitur.

Panegyris quid? Panegyrica orationis methodus.

Primo, Dij panegyris præsidēs laudandi, & hoc est, inquit, προσωπεταῖον τῆλαυγῆς προκειμένου τῆς λόγῳ. sed istæ falsorum numinum laudationes longè à Christianis exulent, qui speciosissima in Deo, & sanctis nacti sunt argumenta. Plenus est autem Aristides harum laudationū exemplis, e quibus imitatio

natio ad sanctiora argumenta traduci poterit.

Secundo, De urbis laudibus in istis veterum panegyricis tractabatur. Quomodo autem urbs laudanda sit, hoc inferius doceo plenius.

Tertio, De certamine, & ludis dicebatur, cuius laudationis capita sunt. Ortus, comparatio cum alijs certaminibus, tempus certaminis, seu anni tempestas, qua celebratur, Variæ eius species, Coronæ victoribus tribuuntur, ut quercus, oliua, laurus, pinus.

Quinto, Laudantur principes, & panegyris auctores.

Sexto, Elocutio panegyricorum non debet esse *μρότροπος*, sed *ποικίλη*, & *μεμυμένη*, & valde figurata, in qua sint *διηρημένα* distributiones, ac *παραβολαὶ* & *συγκρίσεις*.

De Panegyri sic Antimachus.

Ex versione
ne Antimachi
emendata.

PANegyris, solennis scilicet quinquennialium ludorum celebritas, siue conuentus, est inuentum, & donum Deorum, ad requiem maiorum rerum, quæ ad vitam attinent, tradita (sicuti quodam in loco, inquit Plato) cum Dijs humanum genus ad laborem, naturam miserati essent. Coacti autem fuerunt à sapientissimis hominibus conuentus, & à ciuitatibus publicè communi decreto, ad reficiendos, recreandosque animos, ac ad oblectationem, atque solatium spectantium constituti. Tributis verò ad hos mutuo celebrandos est à diuitibus suppeditandarum quidem pecuniarum sumptus, à principibus circa hoc ornatus ad magnificentiam apparatus, rerumque ad id commodarum opulentia. Panegyrium athletæ corporum robore ornant plurimum; & musarum, ac Apollinis, asseclatores musica, qua sunt, exculti. At virum, qui in literarum, & eloquentiæ studijs versatus fuerit, ac vniuersum vitæ tempus in eis consumpserit, atque contriuerit, in ornanda panegyri ita sese gerere oportet, ac tanto inniti artificio, ut eius oratio à vulgari dicendi ratione abhorreat.

Age igitur, ô Echeocrates, ad hoc tanquam duces vitæ nequaquam tritæ, nec à multis tētate facti, explicemus tibi ea, quæ olim à nostris sapientiæ Parentibus nobis tradita accepimus: illi verò, & illorum etiam superiores, à Mercurio, & à Musis habuisse dixerunt:

non secus ac Aescraeus pastor ab eisdem in Helicone poemam est consecutus. Age itaque cum huiusmodi arte orationes sequere. Deus etenim vniuersa, quæcumque sit, panegyris aliquo modo præses, & cuiusmodi est nominis: ut Olympiorum, Olympius Iupiter: eius autem quod in Pythijs sit certaminis, Apollo. Principium igitur huiusmodi orationis, quæcumque fuerit, laus Dei nobis sit, tanquam vultus, seu persona quædam splendida in sermonis initio posita, atque constituta. Laudandi autem exordium, ab ijs, quæ Deo insunt, ei que attribuantur, prout res copiam suppeditent, fumes. Siquidem Iupiter fuerit, adducendum erit, deorum Regem, rerumque omnium opificem esse: Si verò Apollo, musices inuentorem extitisse, & eundem esse cum Sole: Solem autem omnium omnibus bonorum auctorem. Præterea si Hercules erit, Iouis esse filium: & ea quæ mortalium vitæ præbuit, connumerabis. Et locus ferè complebitur ex ijs, quæ quilibet aut inuenerit, aut hominibus tradiderit. Verum hæc breuibus narrabis: ne præcedens oratio sequenti maior euadere videatur.

Deinceps urbis laudes, in qua publicus conuentus celebratur, vel à situ, vel ab ipsius ortu, recensere oportebit, in quo sane, quis Deus, aut heros eius conditor extiterit, aut si aliquid habebis, quod de coin medium possis afferre: si quid videlicet ab eo, vbi præclarum, vel bello, vel pace gestum fuerit, commemorabis. Congruet etiam de magnitudine, si ampla, vel parua sit, aliquid dicere: quod pulchritudine excellit, quod licet parua, potentia tamen cum amplissimis est adæquata. Deinde quæcumque ad templorum, aut in his additamentorum, seu donariorum, publicorum, priuatorumque ædificiorum ornamentum attinent, non erunt silentio prætereunda: quemadmodum Herodotus quodam in loco, quinque, & sex tabulorum ædificia B:byloni esse dicit. Si fluuius sit magnus, si purus, & nitidus, vel regionem incolentibus utilis. Si itidem aliqua fuerit fabula, quæ de ciuitate prædicetur. Hoc pacto multum suauitatis, plurimum leporis, atque dulcedinis habebit oratio. Ad hæc de ipso certamine dicendum erit, quodnam habuerit initium, quæ ipsius fuerit constitutio, vel quam ob causam positum, dedicatumque sit. Si aliqua sit fabula, vel aliquid aliud præscum, horum nihil erit omittendum. Ad id verò cum

Panegyri
inuenitur.

Sol autem
bonorum.

Urbi laus.

Yene.

ueneris, non erit locus simpliciter transeundi: sed cum alijs certaminibus oportebit hoc comparare. Nam id tibi suppeditabit dicendi copiam. Et hoc modo augebis orationem, ut ab anni partibus comparans. Si quidem ueris tempore agatur, explicandum erit agi in maxima temperie caloris, & frigoris: si in hieme, in validissimo, atque acerimo (ut quispiam dixerit) tempore celebrari: si in ætate, ad exercitationem, contemplationemque spectatorum constitutum esse, & voluntatis indicium, atque probationem existere, & deficientibus athletis spectatores decertare debere. Poteris etiam autumnum à fructuum collectione, seu conseruatione, non parum laudare: & ab eo quod iam homines à laboribus cessent, atque quiescant. Deinde considerandum erit, quomodo sint disposita certamina. Etenim si musicum, & gymnicum sit, planè perfectum esse, in eoq; nihil deesse, & sine aliquo defectu, corporum robore, uocum concentu, ac reliquis musicæ partibus temperatum, existere. Si autem gymnicum sit, musicam tanquam animi mollientem, atque effeminantem abdicasse, corporum uero robur sumpsisse, atque retinuisse: & sollicitudinis, & angoris modum ad fortitudinem, quæ in bellis opus est, comparandam conferre plurimum.

Coronam præterea, quæcunque sit, ne silentio negligenter prætereas. Non enim cum in hac re peragenda uersaberis, tibi laudes deerunt. Nam si queream laudare conueris, eam Ioui faciam dicere, & primum, atque antiquissimum fuisse hominibus cibam, & nequaquam mutam, aut elinguem: quippe quæ in Dodona sit aliquando locuta. Si autem oliua fuerit celebranda, Palladi dicatam, laborum medelam, ex hac planta antiquos erexisse, dedicasseque trophea; hanc arborem esse signum, & notam uictoriæ; Pallademque, cum superasset Neptunum, hac prima coronatam fuisse disces: & tandem certantibus esse familiarissimam: athletarum enim certamina per oleum conficiuntur: nec non orationi sociam existere, eique multum suffragari, qua publici conuentus exornantur. Laurum quoque pari ratione laudibus efferes, dum Apollini sacram, plantamque uatibus dedicatam dicere: in qua planè laudanda, si Daphnes fabulam attingere uolueris, non yri que alienum, nec absurdum videbitur. Similiter etiam, si quid aliud affuerit, ut Cereris fructus: vel pinus, circa uanumquodque istorum te poteris

diffundere. Nec illud erit extra magnificentiam, & gloriam, si certaminis coronam cum reliquorum certaminum coronis comparandam duxeris.

Regis uero laus, à te ueluti totius orationis fastigium, inducatur, apponaturque; & quod uere omnium certaminum præses, qui pacem tuetur, propter quam certamina perfici queunt. Nonnulli etiam illos, qui ludos disponunt, laudibus prosequuti sunt: si uidem hi gloria insignes sint, quod alijs an è in rebus uiles fuerint, at in his splendidissimi, atq; ornatissimi reperti sint. Si uero nulla habeas antiquorum, quæ in medium possis afferre, explicandum erit principium gloriæ, quæ ad patriam pertineat, esse maximum, & Græcorum generi maxime innatum. Reliqua elocutio sit, ut uniuersuiusque natura, & uoluntas postulat.

Verum si in dicendo præstare oportet, atque antecellere, (ut quod sentio dicam ingenue nunquam auctor fuerim, uti eiusmodi elocutio sit unius tantum modi, sed uariis simul, & mista: & alia sint simplicitate excurrentia, alia oppositis, & isocolis Isocratis respondentia, alia autem distributionibus expressa.

Scio enim nostratis chori duces, & præfultores hanc uiam, uel in pluribus (ut ita dicam) sectatum fuisse: nisi quispiam in aliquo præcipuo genere scribere proposuisset. Cuiusque autem formæ dicendi, materia uideatur facultatem præbere. Verum ijs, quæ excogitaueris, oportet etiam consequentem, & congruam elocutionem inducere: quemadmodum narrationes, & aliquid fabulæ habentia, simplici, & non fucata oratione opus est explicare. Quæcunque autem de Regibus, uel de Dijs optimis maximis litterarum monumentis mandare uolueris, ac cum uenustate, sententiarum grauitate, & maiestate uerborum dicenda erunt.

Quæ uero ad collationes, siue similitudines, nec non ad comparationes pertinent, uerbano sermone complecteris: nisi quispiam ad hoc, dignum aliquod orationis genus in omnibus præbuerit.

Illud tamen, quod prædictum est, habet plus ostentationis, & maiorem affert delectationem, atque uoluptatem.

N. N.

Ἰστῶς. Frigidè autem hic Antimachus
000

Regis laus
panegyric
fastigium.

Quercus
boni iacra.

vel si fido non carere, Est in Græco εἶναι οἱ καρποὶ διμητριακοὶ ἢ πίσεως.

Deinde ἐπιπορήσεις δέ που καὶ περὶ τούτων ἐλάσους, ex quo apparet ἐπιπορήσεις non referri ad πίσιω, puto legendum cum Sylburgio πίσιω, nam pinus, vt testatur Archias, præmi- um quoque fuit eorum certaminum.

Præcepta de oratione Nuptiali.

Ex Dionysio Halicarnassensi.

Similia fermè habet Menander Rhetor
Περὶ ἐπιδαλαμίων.

Ὀἰκονομία.

CAPVT IX.

EXordium officiosum ad amicum, in quo ad significandam gratulationem suam ysus est verbis, συγχορευεῖν, καὶ ἀναβακχεύειν. Bacchati dicuntur οἱ ποιητῶν, καὶ ῥητόρων ἐν βί- σιαιῖτες. Staius in epith. stella,

Multumque pares bacchamur ad arua.

Epithalami
seu Nuptia-
lis orationis
partes.

Primum argumentum, à Dijs (inquit) inuē- toribus ducetur. Christiani tanto vberius ha- bent hoc argumentum, quanto Dei nuptiarū auctoris maiestas, laruas omnes falsorum nu- minum obscurat.

Secundum argumētum, à natura, ipsiusq; vi, & in rebus omnibus prognerandis sæcundi- tate, qui locus a Statio pertextus est in epith. Stella, versu 182. μετὰ τὴν λύσιν τῆ χάριτος ἐν- δὸς ὑπὸ τὴν φύσεως ἐδημοουργήθη γάμο- Menander Rhet.

Tertium argumentum, honestas nuptia- rum.

Quartum, effectus, quædam species immor- talitatis. τὸ ἀνδρόπειον ἐκ τῆ κοιωνίας τῆ γά- μου γέγονεν ἀθάνατον.

Nuptiarum
fructus,
i. om
Matrimo-
nium.

Quintum argum. varia adiuncta, & utilita- tes, quæ ex castis nuptijs proueniunt. Tem- perantia ex vagis thoris coercitis. Affectus prolixior erga patriam, ob maius vinculum necessitudinis. Miseriæ humanæ tolerabilio- res ex societate. Voluptates ex eodem contu- bernio iucundiores. Propagatio familiarum, pagorum, vrbium, affinitates, & amicitia, vbi exempla felicium conuubiorum afferenda.

De Epidictica oratione.

Sexta pars, votum pro felicitate nuptiarū, & coniugum concordia. Omen, & præfagium de liberis futuris, ac eorum honesta educa- tione. Filij patrum imōtis ἐμφυχοι Exempla de claritate filiorum, & eorum gloria in paren- tes redundante erunt proferenda.

Septima pars, laus coniugum, quæ præci- pua est totius operis, & in nobilium panegy- ricis cæteris præponenda. Afferuntur lauda- tionis istius capita, de quibus supra dictum est liquidius.

Octauum, Vaticinium de excellentia fili- orum. Character autem huius orationis debet esse simplici cura limatus ἀφελὸς & Xenophō- τæus.

Sic igitur ille.

Mihi profectò iucundum admodum fuis- set, tuis non solum adesse, sed interessè nuptijs, o carissimum caput: quo tecum simul chorum ducerem, tecum baccharer, & paulò post conficiendum matrimonium iterum, ar- que iterum laudibus extollerem, Hymenæū- que (quem in nuptijs dici par est canerem. Ve- rùm cum vinculum hoc, quod ad litterarum studia, ad præsentemque eruditionem atinet, nos inuicem separet, (absit enim vt mente, affectu, & cogitationibus, quæ ad animorum coniunctionem spectant, inquam seiungamur) idcirco habeo hoc à me tãquam ali- quod munus, ad vsum, atque ornamentum nuptia- rum, vt nec expers, nec ignarus sis eorum, quæ de his dici consuevere: seu tu id apud teip- sum seruare, siue alicui tanquam symbolum ad promerendam gratiam conferre volueris, fortè igitur & tu iam à iuuentutis initio huiusmodi orationem prolusisti, dum pri- mam apud me Rhetoricorum viam ingressus, tum cæteris conferibendis, componendisque rhetoricis exercitationibus operam nauares, tum etiam ea quæ quæstiones vocantur, & ex his ea, quæ ad orationem de nuptijs perti- nent, & cohortationem ad eiusmodi res stu- diosè admodum persequereris. In illis enim, quæ præcipua sunt, hanc etiam in primis ma- teriam iuuenes ad scribendum deligunt, an sit vxor ducenda. Oratio autem, quam nunc in manibus habemus, in eiusmodi locutio- num genere versatur: nec ab ijs, quibus in quaestionibus Deorum vti consueuimus, dis- sentire videtur: quod hi scilicet inuenere, o- stendereque hominibus nuptias. Iupiter e- nim, & Iuno, primi coniungentes, & copu-
lan-

*Iupiter Pa-
ter.* lantes. Proinde hic quidem omnium pater
vocat; illa verò, iuga nuncupatur, quod ma-
Iuno iuga. rito foemina conungat; & ab istis dijs reli-
quorum Deorum, qui in nuptijs celebran-
tur, ac nuptiales, natalisque appellantur, cœ-
tus in mortalium vitam prodijt. Et nuptiæ
sunt in causa, vt Dij isti ita nominentur, co-
lantur, maximoque in honore habeantur.
Nam absque nuptijs, neque horum Deorum
cultus celebrationesque ad homines perue-
nissent. Deinceps orationem de natura oportet
inducere, quod hoc ipsius est opus, gene-
rare scilicet, concipere, & partum ferre. Id-
que per omnia ipsius opera, & animalia, &
plantas transire.

*Nuptiarum
lusu.* Adducemus postea differentiam, quæ est
in hominum cœtu, atque societate: quod alia
sanè imprudenter, & temere miscerentur, homo
autem ordinem quendam matrimonij, &
institutum induenit, non vt gregatim fetarum
more lasciuire concedat, sed qui duorum ma-
ximè commodorum coniunctionem, societa-
temque per vniuersam vitam excogitauerit. In
qua planè re commemoranda attinges, à fe-
ra, agræque, ac erratica vita discessisse, & ad
humanum, mansuetum, ordinatumque victum
per matrimonium deductos fuisse. Et ho-
minum genus eum mortale sit, ex matrimonij
coniunctione, atque Societate, propter conti-
nuationis seriem, immortale effectum fuisse.
Nam susceptione posterorum, veluti
lumen accenditur: quod & posteritati per
generationem hominis permanet, ac nunquàm
extinguitur. Et hoc vtrique symbolum opti-
mum, non pecuniarum, aut possessionum, sed
ipsius naturæ, & generis, non iniuria quispiàm
dixerit. Scrutaberis, & quæres præterea post
hæc, quot bona eis contingant, qui vxores du-
cunt. Primum quidem, ad gloriæ existimatio-
nem, Nam temperantiæ fructum, quæ nimirum
optima virtutis est pars, statim ab ipsis nup-
tjjs assequi incipiunt. Matrimonium enim,
continuo temperantes homines reddit: quo-
niam ij, qui ad id sese contulere, ab illegiti-
mo, inordinatoque coitu liberati, ad solam
propriam vxorem respicere videntur. Ex hoc
namque homines honoratiores euadunt, fide-
liores, beneuolentioresque omnibus in re-
bus erga patrias censentur: eo quod suos ipso-
rum liberos, tanquam obsides, patrijs dede-
rint: propter quos in primis necessarium est,
vt in consilium adhibeantur, recipianturque. Ad
dolores etiam, & difficilia quæ sunt in vita,

nuptiæ sunt vtilissima: quippe quæ hæc tan-
quàm onera reddant leuiora, cum molestiarum
omnium vxores faciamus participes, & ex so-
cietate, & communicatione non minima
capiamus consolationem. Hinc ea, quæ suaui-
iucunda sunt, necesse est vt videantur iucun-
diora: cum ipsi non nobismetipsis tantum le-
temur, sed filios, vxores, aliosque consangui-
neos habeamus, quibuscum hæc communicemus,
qui profecto hæc nobiscum celebrent,
nobiscum gaudeant, ac lætitia simul effera-
tur. Hac de causa dies festi, solemnes celebri-
tates, ludi, conuentus publici, iucundiores
sunt: quia inter multos fiunt, & cum multis
communicantur. Ex qua nimirum re affinitates
augeri necesse est.

Addes etiam, quod ex hoc primum habita-
tiones, domusque sunt ædificatæ, ædificia cõ-
iuncta, postea pagi, vicique facti, & deinde ci-
uitates constitutæ. Ex matrimonio vero quam
plurimorum cognitio, & cum externis homi-
nibus affinitas, cognitioque est consecuta. Ad
quod comprobandum, apponendæ erunt, &
commemorandæ celebres, & gloriôsæ nup-
tiae, vel antiquæ: & bona, quæ propterea ho-
minibus prouenere, explicanda: & difficilia,
atque molesta fere omnia matrimonio pepelli,
nec non fugari, demonstrandum, & quo
pacto Menelaus propter nuptias Helenæ im-
mortalitatis factus sit, & Peleus ob Thetidis
matrimonium, & Admetus propter Alcestim
fatalem mortem euitauerit.

Vbi autem de his satis dictum fuerit, præ-
cibus, quæ honorum petitionem pro nuptijs,
ac susceptione liberorum habeant, vt eris. Præ-
terea tibi erit effingenda malorum auersio veluti
prædicenti qualis vita sit futura cum li-
beris, & quod eorum chorus, si contingat, erit
inspicienti iucundissimus, & quod rursus in-
flaurabitur quodammodo, & vnâ cū proprijs
liberis iterum adolescet. Tum etiam memo-
rare oportebit ea, quæ & ipse aliquando in iu-
uentute gesserit. Suauis enim, & iucunda eo-
rum, quæ in pueritia nostra fecerimus, recor-
datio: nec aliud est, quod nos rursus faciat re-
uiuiscere. Si verò quispiam suam ipsius imagi-
nem inanitatam inspiciens delectatur, quædo
hanc non inanitem, verum expressam, viuam
& spirantem intuetur, & non vnâ, sed mul-
tas, (si ita contingat) quanto magis lætari de-
bebit: hinc rursus discedendum, & attingendæ
sunt, atque commemorandæ aliqua historiae, in
quibus sint, quotquot mortales propter

*Pueritia ve-
cordatio
Iuana.*

liberos floruerint, & propulsatis atque auersis malis, foelices, fortunatique euaserint, vt Anchisa, Aeneae opera, contigit. Opus est etiam personas illorum, qui matrimonio coniunguntur, nequaquam silentio praeterire, sed harum quoque laudes in medium afferre. Aliquando igitur hac dicendi forma in principio, aliquando in fine vtendum est. Si enim personae fuerint gloria admodum celebres, in principio, si minus insignes, haec erunt subdenda, & ultimo loco recensenda. Laus autem, ea quae in laudationibus sunt, continebit, & loci iidem ipsi erunt, a patria, a genere, a natura, ab educatione; & quod aequales, similes, certique ambo sunt. Sumes itidem laudandi argumentum ab ipsorum parentibus, atque maioribus: qui profecto si ex eadem sunt patria: quod iam diu familiares, atque peculiare ex loco sunt: si autem ex diuersis, quod a Dijs optimis maxime in hanc societatem coacti fuerint: item si ex eodem genere sunt, quod incrementum, amplificatio, & familiaritas affinitatis alia ad aliam accessit: proinde vinculum multo firmitus, & validius effectum est. Quando autem a varijs studijs, atque institutis sunt, vt militiae, vt literarum, concentum hunc, cum sapientiae sit adiuncta fortitudo, optimum esse consentaneum est. Adde insuper, quales par est futuros illos, qui ex his procreati suscipiuntur. si autem tu ipse, qui orationem haberes, uxorem duceres, de hoc ipso eleganter, & venuste exordium faciendum est: quod si amatores amores, & delicias suas laudant, multo nimirum magis te decet matrimonium laudare, quam illos suas ipsorum delicias: & quod oratione, & disciplina etiam ex hoc vtendum est, tanquam iam exordientem, & de filijs vaticinantem, quod & ipsos in ijs, quae ad disciplinam pertinent, praestantes euasuros verisimile, ac nequaquam dissensaneum est. A simplici vero elocutione non exit discedendum, sed Xenophontis, & Nicostriati vestigijs inhaerendum, in paucis ad grauitatem orationem efferendo, si alicui sententiarum cogat magnitudo. Haec ille.

Præcepta de oratione natalitia.

*Genealthiacæ
artificium.*

Partes, & cupita Genealthiacæ Orationis.

CAPVT X.

Primò occurrit, Tempus & dies, si quid in eo celebre. Calenda natalibus felices aestimabuntur. Item dies septimus, & sextus. Nonus dies mensis Soli consecratus. Quintus decimus Mineræ sacer & plenilunio illustris.

Secundo, Anni tempestas commendanda.

Tertio, Dies festi, si ita contingat, commemorandi.

Quarto, Locus in quo quis natus est, considerandus.

Quinto, Familia eius, qui laudatur, commemoranda.

Sexto, Deueniendum ad partem orationis precipuam, quae est laudatio eius, cuius dies natalis anniuersaria memoria celebratur, ubi praescribitur modus & character istius laudationis.

Septimo, precatio & votum.

Sequitur oratio quae in puerorum natiuitate dici consuevit: nuptias enim partus subsequatur oportet: quam & ipsam hoc modo conuenit perficere. Cum natiuitatis vniuersiuique principium sit dies, in qua in lucem editur, pauca de die dicantur necesse est, quae quasi laudem occasionis cuiusdam & opportunitatis complectantur, atque contineant. Si utique proprium aliquid insigne, vel decorum praeter alios dies habuerit: vt si calendis natus sit, quod est mensis principium, principium autem est optimum, & a principio suat omnia: & quod est totius dimidium, vel totum, auctore Platone. Si vero septimus, vel sextus sit, sacros hos dies, Dijsq; dicatos esse dicemus, Dies noni & communitatem quandam esse cum dijs mensis Soli ipsis, ob natiuitatis opportunitatem. Poteris etiam de nono dicere, quod est soli consecratus: & quod consentaneum est, illum qui in eiusmodi die natus fuerit, insignem & illustrem euasurum, & forte etiam (quemadmodum est Solis natura) beneficum. Si autem fuerit quintusdecimus, hunc itidem Mineræ attribui, & in hoc perfectum esse plenilunium: & quod par est, huius viri natiuitate eiusmodi futuram, vt in ea nihil desit. Eodem etiam modo de reliquis diebus, quos aut principio, aut fini accommodare studebis: & considerationis ijs, quae in medium possis afferre, sic laudem conficere conaberis. Postmodum vero & tempus cuiusmodi sit, considerare necessarium erit: & omnem tempestatem, aut hyemis, aut veris, aut reliquarum anni partium, quem-

*Dies noni
Dies 15.
Mineræ
consecratus.*

quemadmodum in laudibus ad ludos attinentibus, temporum proprietates indicauimus, hyemi sanè fortitudinem, veri speciosam venustatem tribuentes, æstati agrorum fructus, & bonorum omnium copiam: reliquo autem tempori, operum vacationem, & laborum quietem.

Erunt præterea significanda, quæ aliquando accidere temporibus: ut si quis natus sit die festo, scilicet Bacchanalibus, aut mysterijs, aut aliquibus publicorum conuentuum solemnibus celebratis. Hæc enim omnia argumenti facultatem ad prosequendas laudes tibi suppeditabunt.

Hinc autem ad ea loca, in quibus natus est aliquis, veniendum.

Primum quidem ab eo, quod nationem continet, ad Asiam, ad Europam videlicet: & hinc rursus explicandum, si natio Græca sit: vel barbara: si sapientia, aut fortitudine prædita, vel si aliquid eiusmodi insigne, atque præclarum in se habuerit. Deinde ad illud quod continetur, progrediendum, ut quænam sit ciuitas, & ipsorum metropolis: aut si sit ei, quæ primum dignitatis locum obtinet, in honore proxima, si ampla, & florens, si frequenti hominum multitudine referta, si ingenijs fecunda, ac ad virorum virtutem ferilis, aut si aliquid aliud ciuitatis strenuè factum fuerit. Tum ea, quæ in vrbē continentur, prosequeris, ex qua familia quis natus sit, quod non ex humili, & abiecta, quod non ex ignobili, sed ex præclaro genere: ex quibus auis, & parentibus; quorum laudem (prout res copiam suppeditauerit) perstringes.

Ad hæc, ad laudem illius de cuius laudatione agitur, cuiusque est natalis dies, deuenies, quam sit natura, tum in ijs, quæ ad animi magnitudinem attinent. Si magnus sit, Aiaci: si pulcher, & fortis, Achilli similem dies, si boni, & prudentis consilij, aut iustus, aut moderatus, & temperans fuerit, congruentibus personis, Nestori, Themistocli, Aristidi, Phocioni illum æquiparabis. Si comis, & facilis sit, quod exardescantiam quædam laudabili mansuetudine admistam habet, & quoad agendum est efficax. Si autem paruus sit, ut Tydeus, & Conon.

Explicabis etiam, qualis sit in ijs, quæ ad degendam vitam pertinent: si lautus, & elegans sit, si magnificus; qualis in priuatos, qualis erga ciuitatem, tum liberalitate, tum

cateris rebus, quæ ad honoris, & gloriæ studia spectant.

Item si in aliqua scientia sit eminens, ut in medicina, aut in rhetorica, aut in philosophia, appositè, ut debet laus, quæ in his est, inducenda erit, ad quæcumque horum singula vtilia videbuntur. Sic enim multiplex, ampla, & copiosa fiet oratio, ut, comprehendi possit, qualis olim iam fuit, qualis est in præfenti tempore, qualemque in posterum fore consentaneum est. In hoc autem cum erimus, nequaquam alienum, aut absurdum fuerit, si tam ab alijs Dijs, quam ab ijs, qui natalibus præfunt, precibus petierimus, uti præfens vita, atque futura, melior quam præterita contingat, ac ut confectis multis temporum spatijs, liceat ad maturam, scelicem, fortunatamque senectutem peruenire. Hæc Dionysius.

P R A E C E P T A D E
Epithalamis.

Hoc est de orationibus, quæ ad thalamum perfectis nuptijs recitari solent.

OCCASIONES.

CAPVT XI.

HAEC oratio eadem ferè est cum nuptiali. Exordium à propositione dicendorum.

Prima pars nuptiarum laus obiter percurrenda.

Secunda laus coniugum, & eius præcipua capita.

Tertia, Affectus, atque studium ante matrimonium, & diligentia in his nuptijs conciliandis.

Quarta, popularium, atque affinium lætitia ex isto connubio, ipsarumque nuptiarum celebritas.

Quinta, Variæ personarum, quæ occurrent circumstantiæ.

Sexta pars, cohortatio ad mutuam concordiam. Sic igitur ille.

ANTE Orationem de Natiuitate, id enim multiplex, ampla, & copiosa fiet oratio, quæ apud thalamum dici consuevit, & ea, quæ separatim dicuntur, solet attingere:

Hominis
laus.

Parus.

Epithalamij
partea.

eademque est cum nuptiali oratione, nisi quod differt tantum tempore, quia perfectis nuptiis hæc recitatur: in reliquis tamen prædictæ orationi penitus respondere videtur, & post nuptias, veluti Hymenæorum loco canitur. Sunt igitur etiam apud Sappho huius formæ diceodi exempla, cum odæ epithalamij inscriptionem habeant. Verum quia carminis, & solutæ orationis non eadem tractatio, sed longè dispar, & diuersa ratio, quoniam sicuti metris, ita etiam mentis notione, & sententijs hæc differunt: hoc pacto hanc itidem orationem commodè tractari posse censeo, si in exordio statim hoc significaueris, alios quidem hymenæum canere consueuisse, nos verò Hymenæi loco orationem habere, non tibijs, aut citharis, neque ædæpol aliquo eiusmodi cantu, sed eorum laudibus, & hymnis, qui patrimonio copulantur.

Post hæc deinceps adducendum erit, quod hominibus existentibus nuptiæ sunt admodum necessariae. Ex his enim vniuersa humani generis conseruatio, propagatioque dependet: & quæcunque alia bona ad nuptias pertinent oratione persequeris.

Deuenies postea ad personas, quæ ad nuptias conuenere, in eisque versantur, & quænam hæc sint, explicabis.

In quo sanè de ipsarum genere, de educatione, de corporum pulchritudine, de ætate, quot fortunæ bona habeant, & quodnam earum studium, officiumque sit, differendum erit. Eas præterea diligentiam, vti matrimonium, atque coniunctio efficeretur, adhibuisse: & quo animo sint nuptiarum causa familiares, itemque alieni, & ciuitas ipsa publicè. Et matrimonium planè omnibus curæ esse, ab omnibusque summo studio coli: & nuptias cuiuspiam frequenti virorum, mulierumque conuentui, & calendarum celebrationi, & ciuitatis solemnibus festis similes existere.

Quemadmodum autem in nuptialibus, post reliqua illud inspicere dignum putamus, vti si ex eadem patria, si ex eodem genere: ita in his quoque eiusmodi orationis partem non minimi faciendam esse censes.

Post laudes verò, & laudationes cohortatio quædam nuptias celebrantibus accedat ad mutuum inter se studium exercendum, ac ad vnum, idemque sentiendum.

Eo maximè autem, quod plurima bona ex huiusmodi concordia, & amore, necessario contingant, ab vniuersali materia, ad singu-

larem, propriamque orationem trahes: videlicet, quod cœcordia omnibus hominibus est bonorum dux, quod ab ea omnibus maxima commoda proueniunt, incredibiles utilitates proficiscuntur, & potissimè matrimonio coniunctis.

Ad quod comprobandum, si à celebri vsu non abhorreere volueris, illud Homeri scite dictum tibi adducendum erit; nullum maius bonum, quam dum vir, & vxor concordēs & idem sentientes, ædes habitent: Quanto ob eam rem inimici dolore, quantaque amici voluptate afficiantur.

Postremò precibus vtis, vt quam primùm liberi procreentur, ac in lucem edantur; quorum nuptias inspicere, Hymenæum canere, & eiusmodi orationum conficiendam materiam, occasionemque rursus habere valeamus.

De laudatione funebri.

CAPVT XII.

Antiquum est orationis genus laudatio funebri, de cuius ritus origine, extat elegans dissertatio apud Dionysium Halicarnassensem.

Vtrum (inquit) Valerius, primus hunc morem apud Romanos instituerit, an institutum à Regibus sequutus fuerit, certo affirmare non possum.

Quod tamen hoc sit Romanorum vetus inuentum, in funere illustrium virorum, virtutes eorum laudari, neque à Grecis primum institutum fuerit, ex communis historia scriptis didici, quæ tam vetustissimi poetæ, quæ celeberrimi historici prodiderunt.

Nam certamina quidem funebria in honorem clarorum virorum gymnica, & equestria, à necessarijs facta tradunt, vt ab Achille in Patrocli, & multò ante ab Hercule, in Pelopis funere.

Hos tamen publicè laudatos nulli prodiderunt, præter Athenienses tragicos, qui ciuitati suæ assentantes, Theseo Argiuos sepelienti hoc quoque fabulose attribuerunt. Scro enim Athenienses legitimis funeris ritibus hanc laudationem funebrem reddiderunt, siue ab alijs qui ad Arremisium, & Salamina, & Platæas pro patria occubuerant, iniuriam duxerint, siue etiam a rebus gestis in campis

Mara-

possem, etiam referrem: sed nec tua fortuna Marathonij: sed ea quoque, quae in campis Marathonij sunt gesta, sexdecim annis Bruti funere sunt posteriora, si modo ab his primis laudes in defunctos cepra sunt dici.

Sec si quis missa facta hac quaestione, quinam primi laudes funebres instituerint, examinare, aut scire voluerit, apud viros mos iste melius se habeat, longè prudentius hunc apud hos, quam apud illos constitutum reperiet: Quia Athenienses videntur eorum causa, qui in bello caesi sepulturae mandantur, orationes funebres instituisse, ex vna tantum virtute, quae in ipsa morte apparuerit, etiam si quis caeteris in rebus fuerit nequior, existimantes viros bonos iudicandos. At Romani omnibus viris claris, siue eorum ductu, auspiciisque bella fuissent confecta, siue in Reip. administratione, & gubernatione, prudentia dedissent consilia, & praecelara edidissent facinora, hunc honorem haberi statuerunt, & non solum ijs, qui in bello cecidissent, sed etiam alijs, quocumque illi finem vitae sortiti fuissent: existimantes ob virtutes totius vitae actae, non solum autem ob gloriosum obitum viris bonis laudes deberi. Hac de origine funebres laudationis.

Extant funebres orationes Gregorij Nazianz. in Basilium, in patrem, & for rem. Aristidis, in Eteoneum. Gregorij Nysseni, in Placidia, & Pulcheriam. Ambrosij, in Theodosium, &c.

Quod vero ad modum attinet, quem idem Dionysius tractat in technicis, ad eadem capita laudationis refertur, quae superius sunt declarata. Addit vero insuper aliquid de mortis genere, & circumstantijs, tum luger, & deplorat, tum lachrymas abstergit, & consolatur, quod plenissime ab Aristide, in funebri laudatione Eteonei praestitum est. Nam post narratas eius virtutes, exclamat suo more *ὦ κύκλοι μὲ ὀφθαλμῶν κεκλεισμένοι ἔδπαντα ἢ ἢ χρόνον. κεφάλῃ δὲ ἢ πρότερον χαριεσάτη, ἢ ἢ κόνει,* &c. quae suo loco reddemus.

Mox inducit Deos, è machina consolantes, *παύσαδε ἢ ἢ ἄνθρωποι, Silete homines, nec animi miser est puer, aut vir potius, nec miseratione prosequendus obiter, quod institit, & similia, quae supra panegyrii fertitur: λόγος ἢ ἢ τὰς.*

Ad hoc genus pertinent epitaphia, quae sunt

laudationes, & lamentationes vno verbo comprehensa, vt

Anicia Phaltonia Probae Consulis uxori, Consulis filiae, Consulum matris, Anicii Probinus V. C. Quaestor, candidatus, deuietus maternis officijs dedicauit. Et,

Vide Brisso. in formula.

Parens infelicissimus afflictus praeposteritate naturae, filium hoc tumulto condidit, quem importuna mors ademit, praecipuitque senij baculum, cui iam defessa aetas admitens, per breues annos suos alleuabat, nunc autem mors adsequitur, quam tristes lachrymae deseruerunt.

De gratiarum actione.

CAPVT XIII.

VT in humana Societate, vel habenda, vel referenda gratiae officium est omnino necessarium, sic neq; ratio *χαριστικῶν* in Rhetoricis praetermittenda est: tota autem ferme ex istis locis decurrit. Quale sit beneficium, quam amplum, quam utile, quam expectendum, à quo datum fuerit, à Rege, Principe, duce, viro denique spectabili? Cui concessum: vni, an pluribus: an claro, & nobili, an obiecto, humili, immerito, vel non tam cumulata mensura promerito, quod sapius profitentur modestiae causa, qui gratias agunt. Quo titulo datum? & tractatur saepe per extenuationem meritum, & amplitudinem beneficij, Quando? vel citò, vt amantiùs; vel tardè, vt consideratiùs; vel inter maxima negotia largientis, & angustias recipientis, vt carius. Quomodo? candido, & profuso animo; verbis expressis, onere nullo accipientis, commoditate maxima. Vbi? quo loco, publicòne, an priuato? qua corona spectante, qua luce, qua frequentia hominum, & similia.

Capita gratiarum actionis.

Beneficium vt laudatur.

Partes autem ferme sunt exordium, vel propositio rei, expositio, & exaggeratio beneficij, repromissio beneuolentiae, studij, amoris, obseruantiae, &c. quae facile est in Aufonij diserta sane gratiarum actione, atque in ipsius Ciceronis orationibus, pro M. Marcello & post reditum in Senatu, & ad Quirit agnoscere. Aufon. aperte incipit.

Exordium.

Ago tibi gratias, Imperator Auguste, si deside-

Orationis funebres ari.

Epitaphia.

desiderat remunerandi vicem, nec nostra suggerit restituendi facultatem. Priuatorum ista copia est, inter se esse munificos: tua beneficia, vt maiestate præcellunt, ira mutuum non repossunt. Cicero ad Quirites, luenti, & ambizioso exordij tractu vititur.

Quod precatus à Ioue optimo maximo, cæterisque Dijs immortalibus sum, Quirites, eo tempore, cum me, fortunæque meas, pro vestra incolumitate, orio, concordiaque deuoui, &c. Ad summum propositio est quædã beneficij, & gratiarum agendarum delibatio.

Exaggeratio beneficij.

Vterque beneficium cumulatè exaggerat à prædictis circumstantijs, tum præcipuè M. Tullius, magna sermonis maiestate, in eo, quod sibi collatum est beneficio, omnia bonorum genera contineri ostendit, vt liberos, fortunas, amicitias, consuetudines, vicinitates, clientelas, ludos, dies festos, honorem, dignitatem, locum, ordinem, &c.

Persona largitoris.

Gratiani laus.

Aufonius. Aguntur enim gratiæ, non propter maiestatis ambitum, nec sine Argumentis, Imperatori fortissimo; Testis est vno pacatus anno, & Danubij limites, & Rheni. Liberalissimo. Ostentat hoc diues exercitus Indulgentissimo. Docet securitas erroris humani. Consulissimo. Probat hoc tali Principe oriens ordinatus, &c.

Cui concessum.

Eo amplius beneficium est, quo ad plures attingit, nec omisit illud M. Tullius in Marcello. Est verè fortunatus ille, cuius ex salute non minor penè ad omnes, quàm ad illum ventura sit læticia, peruenerit. Quod ei quidem merito, atque optimo iure contingit. Quis enim est illo, aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium studio, aut innocentia, aut vilo genere laudis præstantior?

Quo titulo.

Hoc præclare tractat Aufonius ad Gratianum. Subijciat aliquis: ista quidem adeptus es, sed effare, quo merito? *Quid me honoras, sciscitator? Rationem facti, tatis nemo reddit.* Deus, & qui Deo proximus, tacito munera dispertit arbitrio: & beneficiorum suorum indignatus, per homines stare iudicium, mauult de subditis dedisse miraculum.

Quo, inquis merito? ego nullum scio, nisi

quod tu, piissime Imperator, debere te dicis, & hoc debere latissimè pertinet.

Quando.

Tu Auguste venerabilis districtus maximo bello, assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubij ora pratexitur, comitia consulatus mei armatus exeres.

Quomodo.

Cum Gratianus Imperator consulatum Aufonio conferens, soluere se dixisset quod debebat, & adhuc debere quod solueret: hic exclamat Consul Rhetor.

O mentes aureæ dictum bracteatum! *de Bractati dictum.* pectore candidissimo lactei sermonis alimoniam! Quisquamne tam parcus est in ostentatione beneficij: quisquam pondus gratiæ suæ, vim meriti profiteretur alieni? quisquam denique, quod indulget, quasi ab obnoxio deferatur, pretium mauult vocare, quàm donum. Certent huic sententiæ veteres illi, & Homerici oratores subtilis deducta oratione Menelaus, & instar profundæ grandinis ductor Irachæsius, & melleo delibutus eloquio, iam tertiæ Nestor ætatis.

Vbi?

Consilium meum ad Deum retuli, & quæ *Consilium ad Deum referre.* admodum solutus, cui præsto ad tam grande consilium: an plenius cum Senatu, cum equestri ordine, cum plebe Romana, cum exercitu tuo, & prouincijs omnibus deliberafes?

Hæc igitur, & similia adiuncta, quæ variis in diuersis negotijs occurrunt, orationis filo pertexi solent. Postremò, repromissione tota oratio concludi solet, vt;

In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, semperque præstabo, mihi neque in consilijs de republ. capiendis diligentiam, neque in periculis à republ. propulsandis animum, neque in sententiam simpliciter referenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro republ. lædendis libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec in vestris commodis augendis gratam animi beneuolentiam defuturam, &c.

De Salutationibus Principum.

CAPVT XIV.

Vsitatissimæ sunt & hoc tempore orationes,

nes, quas Græci vocant προσφώνημα, quales sunt principum virorum salutationes.

Seneca sua-
soria prima.
Antonij le-
pidum sa-
lum.

Eisdem a veteribus vsurpata testatur illa celebris Atheniensium oratio ad M. Antonij, vel potius adulatione, quæ egregie deprehensa est, & castigata. Nam cum Antonius vellet se liberum partem dici, & hoc nomen status subscribi iuberet, habitu quoque, & comitatu Liberum imitaretur; occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus, & liberis, & diouuon salutauerunt. Bene illis cesserat, si nasus Atticus illi subtrahisset, dixerunt despondere ipsos a matrimonio Mineruam suam, & rogauerunt, vt duceret. At Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare illis mille talenta. Tum ex Græculis quidem ait κῆρ ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἂν προικόν εἶχε. *Domine, Iupiter matrem tuam Semelem sine dote habuit.* Huic quidem impune fuit: sed Atheniensium sponsa. ia mille talentis aestimata sunt.

Athenien-
sium assen-
tatio casti-
gata.

Hoc exemplo discant adulatores, quàm sepe noxium sit, apud Principes vitos, hoc fœdissimæ affectationis genere leuis obgnare. Quod verò ad tractationem προσφώνηματων attinet, antiquum illud Pausanidis præceptum perutile meminisse oportebit, verba esse feligenda esse bysina, addo etiam pauca. Longum esset ire per singula, & eorum ineptias recensere, qui in ea re peccant frequentius: quoties tacenda dicuntur, & dicenda prætermittuntur silentio, quoties ad gratiam conquisita laudes, vanæ, & mendaces obtruduntur, quæ personæ non magis conueniunt quàm Pygmaeo Colossi crepida. Quoties ipsa prolixitas occupatas aures enecat, quæ istas aggressiones magis, quam prælij congressum formidant. Quam obrem sapient, qui omisissis parergis, quod instat nauiter exequantur. Tria autem huius fermè sermonis sunt capita.

Salutatio-
nis partes.

Primum, gratulari solet aduentum, atque omnium de ea re conceptam significare latitiam.

Secundum, rationes istius gratulationis reddit, a meritis consalutati principis, cuius laudes paucis quidem, sed summo delectu cõquisitis sententijs perstringuntur.

Tertium, vouet, & deditat mentes, animos, pectora fortunas, spes, opes, & similia.

Nunc autem, quoniam trita res est omnium penè gentium linguis prolixioribus verbis abstinerebo.

De laude puerorum.

CAPVT XV.

VT prima Solis Orientis crepuscula fidere blandius solent, sic, & in pueris, in quibus vis pulcherrimæ naturæ paulatim effluet, virtutum tenerritas delectat, & gratam dicendi materiam, si non adeo locupletem suis oratoribus suggerit.

Neque enim mihi Themistius in suo Valentiniano, neque Aristides in Eteoneo, iucundum laudationis campum, aut desiderasse, aut cum obigisset humiliter tractasse iudicandi sunt.

Laudantur fermè pueri ab his capitibus. A paterno, maternoque genere, à similitudine patriarum virtutum, quàm viuam, & spirantem in suæ vitæ pictura exprimunt, à forma corporis, & educatione. A pietate in Deum, obseruantia in parentes, & præceptores: Ab ingenij acrimonia cum moum festiuitate, sermonisque affabilitate coniuncta: A pudore, innocentia, integritate, castimonias Ab industria, eruditione, & artibus, cæterisq; animi, & corporis ornamentis. Denique a spe rerum maximarum: quæ omnia auctores illi in ijs, quæ de pueris conscripserunt, encomijs suauissime prosequuntur. Et bene quidem Themistius incipit.

Pueri qui-
bus capiti-
bus laudan-
tur.

Ὡπᾶν οὐκ ἀγῆτων πατέρων οὐκ οἶδα *Valentini-
ἄτι σε προσεπὼν μᾶλλον τόχοιμι τῷ προ-
τι pueri
σῆκοντι ὅ ποτερον τὸ μέλλον ἢ τὸ ὄρωδμορ.
laus.*

O puer duorum inuidiosissimorum patrum soliboles, haud satis liquet, quo pacto te pro dignitate compelle, an ex præferti, an etiã ex futuro te appellare debeã. Mox post generis amplitudinem attingit educationem. ἐτι ἔν ἀγκάλαις περιφερόμεν ὁ σὺ στρατεύεις τῷ πατρί, καὶ σὺ στρατῆ γῆς καὶ τρέφει σε οὐκ ἐν δαλάμοις κατακοιμίζων, οὐδὲ ἐν ἡμῶν προβάτων, καὶ μωλῶν ἀλλὰ ἐπὶ πατρὶ ἔρω, καὶ τοῖς χειπῶτε τοῖς σκυδικοῖς. Iam verò in vltis gestatus adhuc in expeditionem cum patre proficisceris, cum eo exercitum ducis, neque te in thalamis blandè somnium concilians educat, nec adipe, ac medullis ouium, sed ad Istrum, atque in media Scytharum hyeme nutrit.

At verò Aristides, vt suo loco ostendam, priuatas virtutes magis prosequitur, Non



indiferetè hoc argumentum attigit Odapius in Eubaldo.

Prima licet arum rudimenta ea aetula haustit, qua vix ceteri loqui solent. Nemo totidem annorum non ab illo puer, in omnibus rebus praeeritus, nemo non relictus est. Itaque puer illis in studijs iam non pueriliter se gerere, speique multo plus habere, & quam illa aetas daret, videbatur.

Indole autem, atque facie ea fuit, ut iurares illos Veneris pueros Amores, quos Poetae aiunt, Marti praefio esse, atque illudere, aliam oris formam, genarum, oculorum, non habere. Docere puerum incipio, nihil eorum, quae in alijs esse solent video in nostro: Non deliciarum vllas illecebras, non prauos ad licentiam mores, non adiutam impunitate audaciam, non denique arrogantis fortunae vllum in pueri animo expressum vestigium inspicio: Non molestiam, satietatemque dicendi, aut commorandi cum se natu maioribus: Nihil eorum in eo fuit: grata potius, experendaque omnia, &c.

Laus animalium.

CAPVT XVI.

Dixi copiosius de laude personae, quia frequentius est hoc laudationis genus. Nunc propositum initio ordinem sequutus, methodum, quam in laudandis animalibus seruant Technici, paucis expedito.

Laudantur animalia à pulchro, utili, & necessario: sicut & res ceterae. Haec sunt enim prima laudationis fundamenta.

Capita erunt, gens, parentes, robur, pulchritudo, labor, agilitas, cæcus, humani sermionis imitatio, fidelitas, gratus animus, amor in dominos, prudentia, fortitudinis, temperantiae, & ceterarum virtutum adumbrata simulachra.

Exemplum habes in musca Luciani: Tanta enim industria persequutus est omnia, quae de musca dici, aut cogitari possunt, ut vix aliud quicquam in hoc genere magis luculentum reperias.

Musca laus.

Principio enim, quaecunque ad corporis habitum, compositionem membrorum, speciem, atque usum partium pertinent, exquiruntur. Mox ad interiora progressus, prudentiam, fortitudinem, reminiscenciam, in eadem commendat: ad summum victus, & dignae ratio-

nem. Nomen, genus, cognomines etiam puellas ostendit. Et haec quidem ex varijs historiae naturalis scriptoribus repetenda, eruditione, & eloquentiae suauitate temperanda, quo in genere plurimum valent descriptiones: Non satis est enim oratori accepta ab historicis nudè, & simpliciter enuntiare, sed praeterea quibusdam artis lenocinijs ornare decorum est. Exemplum subijcio in laude apum, & formicae.

Extat apud Quintilianum nobilis declamatio, in qua pauper damni per iniuriam dati actionem intendit diuiti, quod eius apes veneno illitis floribus peremisset, ubi postquam suas narrauit fortunas, de apibus multa, & praecleara commemorat.

Laus Apum.

CAPVT XVII.

CAetera animalia videtur mihi natura vossibus nostris genuisse, haec etiam delicijs, cum eo, quod in illis, quae, vel sciendo solo, vel maturando itinere comparamus, multus ante redditus infumitur labor, & cum perdomanda, cum alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, & tantum coacta profunt.

Apes faciunt iniussae fauos, sine vllò rationis humanae ministerio, totus fructus vltro venit. Adijce, quod cetera animalia, aut satis incurrununt, aut viribus nocent, primaque, ut fama est, hostiae causa pecudi fuit laeta fruges.

Harum ita innocuus per prata, syluasque discurrit labor, ut tantum factum opus appareat. Qua satis digna persequar laude? Dicam animal quodammodo paruum hominis exemplar: Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiam ratio nostra, quae sub terris lucrum inuenit, quae maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen effecere, consequi, imitari non potuit. Venena potius inuenimus.

Iam primum futurae laudabilis vitae digna principia. Non illas libido progenerat, dominatrix omnium animalium Venus, utque homines in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam Deorum posteritas, has regnis suis excepit: Aest inimica virtutum voluptas caecis sine labe corporibus. Solè omnium non edunt fetus, sed faciunt. Ipsae paulatim sicut

Ex Quint. decla. 11.

Apes parua hominis exemplar.

Apum et simonia.

stipata sunt, per mella viuiscunt, & vt oportet, animal laboriosum, ex opere nascitur.

Inde vt adoleuit iuuentus, & ad similes labores ætas robotata conualuit, relinquitur liber parentibus locus. Et ne coacta in augmentum multitudo noua turba labore, quasi habitata mercedis ratione, cedit populus minor, suspensumque proximis ramis examen humanas manus expectat. Acceptas cum fide colit tedes. Et cū ingeniū nostra, quæ nos, scilicet ambitiosi nostri æstimatores proximadiuinis credimus, ad percipiendas disciplinas multo labore defudeat, nullas apis nisi artifex nascitur. Quid credas aliud, quam diuinæ partem mentis his animis inesse? Quid præcipuum referas? Non vt cætera animalia per partus vaga in ceterum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed turas sedes cõtinent, vrbes lectis, turbi populos imitantur. Non vt ferae volucres, non vt præsentis modo cibi memores in diem viuunt, duraturus hyemi reponitur victus, & repletis verè ecclis tutus annus est. Etiam cum ad humanos vsus opera subducta sunt, reparare amissa cõtendunt, & labor damno incenditur, & nunquam deficit animus, antequam locus. Quid quod inter animalia, quæ non verba coniungunt, non verba rationis inuicem negant, tantus operis consensus est, tanta difficultatē rei, laboris concordia. Non humano vitio in proprios quæque vsus. Lucrum ducit, in publicum viuunt, & communes opes congeruntur in medium, nec fas est delibare gustu, priusquàm plena horrea securos spondeant menses. Quis porro tantus ardor operis, quæue officiorum partitio, vt aliæ congerant onera, aliæ accipiant, aliæ liniant? Quæ seueritas in castiganda inertia? multa dictu, visuque miranda, præuidere tempestates, nec dubio se cælo tradere, nec vltra viciniam nubilo tendere.

Nam si leues aura iniquior rapuit, ad dirigendos in destinata cursus modico lapilli pōdere librare pennas. Illas maiorum pectorum totis pro rege castris procurrere, & iniebella, mortemque honestam pro duce oppetere. Adijce, quod si, quas, aut ætas lōgior, aut morbus oppressit, efferuntur pius corpora, posteriorq; operum, quàm funerum cura est. Quid illic eruribus flores? quid ore succos in publicum ferre? Me tamen ipsius operis præcipua admiratio subit, non est temerè, nec fortuitam figuram, & sedes modo reponendis cibis, quæ illic credas, rudis cera componitur,

accedit vsibus inenarrabilis decor. Nam primum tenacibus vinculis fundamenta suspendunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter creseit, nec quicquam ex inchoatis paruam est, quod non sua portione perfectum sit, nec iam alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur, & cum foraminibus tantum spatium detur, quantum ad generanda examina putam spem capiat (ipsi enim sibi inuicem anguli hærent, & ira muro vincuntur, atque alligantur, vt quod voles medium sit) his textis ne vniuersi mellis effluant pondus, intercepta onera cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interueniente doctrina hanc artem nasci? Quid non diuinum habent, nisi quod moriuntur.

Encomium formicæ.

Ex Basilij, Hieronymi, & cæterorum imitatio
one expressum nostro stylo.

CAPVT XVIII.

PHILO Iudæorum ferme omnium eruditissimus, idemque eloquentissimus: in eo cōmentario, quam de plantatione Noemi disertissime, vt cætera, conscripsit, fabulam narrat, non minus suauitate iucundam, quam sapientia fructu præclaram. Deus, inquit, rerum omnium opifex, cum admirabilem mundi structuram, tanta, tamque varia partium non modo congerie, sed & compositione confurgentem, diuinæ mentis solertia machinatus, oculis subiecisset: fertur ab ijs, quibus in hoc opere administris vsus fuerat, quæsiisse: quidnam de tota vniuersi ratione videretur? tum vnus admodum liberè, quod sentiret, respondisse: vocem aliquam grandem, acuram, elatam, desiderari: quæ omnes mundi peruagata regiones, sine vlla intermissione, Dei laudes, & sapientiam prædicaret, & eam, quæ, vel in tenuissimis rebus cernitur, summi artificis industriam, imperitis hominibus prædicaret.

Quæ profectò, si res esset, non laborarem in laude formicæ: nunc autem, & ingenij humani imbecillitas, & ipsa rerum obscuritas, tenebras dicentibus, offundat; & de instituta orationis ornamentis plurimum

Ppp 2 de

Nulla apis nisi artifex nascitur.

Seueritas.

Præcæcia.

Miseriordia.

Opus.

Præclarum signum Philonæ.

Propositio.

detrahat, necesse est. Est certe formica Dei opus, tam, rei dignitate præstans, artis subtilitate limatum, operis perfectione absolutum: quam humanis sensibus tenuè, rude, impolitumque videri solet. In magnis siquidem corporibus, cælo, terra, mari: vel certè in maioribus, vt in tot animantium figuris, affluente materia perfacilis molitio naturæ fuit: in his verò, tam paruis, tam contemptis, tam prope nullis, quæ ratio? quanta vis, quam intricabilis perfectio? Et vbi fulgentes oculos, & visum prætendit in formica? vbi odoratum applicuit, vbi inseruit gustatum? quomodo duriusculis partibus, quasi ossibus corpusculum interstinxit? qua ratione venulas instar ramulorum diffudit? quo pacto, à vertice per dorsæ vertebrae ad caudam, vsque diffusentem medullam produxit? qua solertia tenues membranulas distendit? qua molitione mouentem omnia spiritum, aerem vegetum, actuosum, tam fragilibus, & delicatis particulis affudit? An etiam iecur, & in iecore vasculum bilis receptaculum? cor denique, & renes, costularum interstinctione, quasi parietibus obseperit nescio, cuncta tamen admittor: Sed nihil ingenio est admirabilius.

Ab ingenio Nam, quæ res in hac mortalium vita plurimum possunt. Prudentia, fortitudo, religio, non obscuris quibusdam in formica notis, sed tanquam in clarissimo speculo collucent.

Audire in prudentiæ comitatu duas esse virtutes primarias, cautionem, & prouidentiam: quarum illa in malis arcendis, hæc in bonis procurandis tota est. Istas verò, quis formicis, nisi iniquus iudex fuerit, denegabit? Primum enim, quod per se maximum est, rem publicam habent, non Solonis, aut Lycurgi præscriptis: sed æternis naturæ legibus constitutam: & ne continuus in quotidianis operibus labor, distractionem afferat amicitiarum, & socialis vitæ commercia, ac voluptates minuat: certis diebus interquiescunt, nundinas exercent, & miti hilaritate celebrant qui tunc omnium concursu s quam amicæ salutationes, quam dulcia, (si à nobis intelligerentur) colloquia: quæ animarum, quam suavis, quam iucunda consociatio.

Prudentia.

Redeunt deinde in domunculas, quas sibi multis Mæandris fluctuosas ad varios vsus construxerunt. Et silente quidem Luna, quasi syderis absentia cõriscata, inter caucru-

las se continent: mox vbi risit cæli facies eminentior, nullius rei magis impatiens, quam industria otij effundit se portis niger formicarum exercitus, & rura proxima pabulatur: vnus omnium ardor, vna mens, vnus spiritus, munia diuersa, & prudenter inter se distincta exercent: Alia prædas per calles angustas, nunc humeris obnixæ, nunc pedibus auersæ, magna corporis contentione conuectant: ferunt onera corpusculis maiora, nec tamen sub face succumbunt. Alia venientes gratulationibus excipiunt, alia continuis morsibus humum egerunt, alia constructis aggeribus meatus aquarum excludunt, alia grana corrodunt, & veluti forcipe diuidunt, ne in herbam exeant: alia fruges madidas efficcant, & suauiter in Sole apricantur: laborat tota gens, feruēt opere viarum semitæ, silices ipsæ teruntur sub itinere, ita nihil non potest continua sedulitas.

Quis inter hæc spectacula, tam piger, tam solutus, tam de se parum cogitans: qui non accendatur ad labores, qui non suis rebus inuigilet, quem non pudeat vinci à formica?

Neque verò magis laboriosæ sunt, quam fortes, de nostratibus nihil dico, quæ supra corporis modulum ingentis animi robore, & fortitudine sunt præditæ: Alia sunt Indica (si nescitis) alia sunt, quæ vt corpore longe grandiores, ita etiam valentiores sunt ad conflictus, & prælia nata. Degunt, vt sæpius, apud Indos septentrionales, qui Dardæ vocantur, auri (non tamen) vt cæca gens mortalium, studiosæ. Ex quo, hyeme, cum ab æstiuis laboribus datur vacatio, totæ sunt in aurifodinis, ita nunquam possunt esse otiosæ: feruent, laborant, humum fodiunt, aurum egerunt, vincunt opera Gygantum. At verò æstate cum ob vapores se in cuniculos abdidere, concurrunt ad prædas Indi latrones, vt auro sine vilo labore potiuntur. Verum odore illico afflatae prouolant formicæ, ita sui stimulos exerunt, summa contentione iuctur suum, cum prædonibus decertant, & plerumque licet pernicibus camelis fugientes, assequuntur, scædaque laceratione contritos obruncant. Feritatem ingenij dicit quispiam, & vesanam auri sitim? Nihil minus, mihi credite, aurum quidem ad prædicanda Dei opera egerunt: cuius, si vt Solis, & syderum aspectu contenti essent homines, nihil in nostrum genus sauirent: sed cum idem videant ad

Robur generosius animi.

Formica Indorum.

ad cædes, adulteria, sacrilegia, & infinita, quæ quotidie experimur vitiorum portentosa exportari: quid mirum si non secus, ac summi nominis satellites, ad auertendum malorum omnium fomitem excubant. In quo non tam mihi ob fortitudinem, quam ob singularem iustitiæ amorem videntur commendandæ. Ecquid amplius postulatis à formica: religionem? (hoc enim vltimum promiseram) at certe, quod summæ pietatis est, mortuas sepeliunt, nec detrita assiduis laboribus cospicua cum defecerunt, sepulchri honore carere patiuntur. Audio etiam eas, quæ in acie generose ceciderunt, si quando ab hostibus tenentur, maximo, quod inter eas fertur pretio, redimi: vt iusta virtuti reddantur: & ad simile factum, similemque virtutem posterarum mens excitetur. Quid hac pietate mansuetius. Quid hac iustitia æquius, quid religione sanctius? Quod si Aegyptij accipitrem cum Deorum honore coniunxerunt. quod in sepultis cadaueribus terram ingerat: quo in numero formicam de mortuorum sepulchra, tam sollicitam, habendam putatis? ecquis erit tam iniustus, & imprudens arbiter, qui cæteras animantes eû formica audeat comparare? Date, date quascunque liberit, ipsum si vultis elephantum, & quantum superetur à formica cognoscite. Ille inutili carum mole, & sagina grauat: hæc eximij corporis elegancia, & agilitate præstat. Ille languidus est ingenio, & pene fatuus: hæc semper incitata viget acrimonia. Ille vel à vili puero regitur: hæc ne regijs quidem maximi ferret dominatû. Ille si a musca stimuletur, vlciferi non potest: hæc muscas, & cætera in suam prædam conuertit. Hic ad bella, & alia onera gerenda feruenter cogitur: hæc regnat in pace, in bello si quid opus est, dominatur. Ille seruituti mancipatus de victu sibi parâdo, ne in diem quidem, vel horam cogitat: hæc in annum sua sibi horrea, suas fruges comparat. Ille tota die torpet otiosus: hæc ne momentum quidem in otio paritur effluere. Ille modo draconum, modo hominum præda fit, & ludibrium: hæc semper capit, raro capitur. Ille in triumphis ad lasciuientium oculorum contemptû lentè incedens ostentatur: hæc non nisi mortua ad voluntatem victoris subsistit. Ille præter corpus nihil habet speciosum: Illa nihil minus, quam corpus habet conspicuum. Quo fit, vt ad cælestium mentium contubernium, quas Deus his corporis compagibus expeditas esse

voluit, quam proximè accedat. Me quidem de formice laudibus dicentem, rei iam dudum fallit obscuritas, & multa necessario prætermittere cogit. Itaque aut illa, quam initio dixi, voce cælesti ad prædicandum: aut meo, vtroque omnium silentio ad mirandum, opus esse video.

De laude rerum inanimarum.

CAPVT XIX.

A Nimalia consequuntur res inanimas, partim naturales, vt Cælum, stellæ, elementa, pluuie, grandines, coruscaciones, fulmina, fontes, maria, lapilli, gemmæ, metalla, plantæ, & cætera id genus: Partim manufacta, vt vbes, ædificia, statua: Partim quæ ad mores, actiones, & ad hominum spectâ, vt vitia, virtutes, artes, bella, conuiuia, iracundia, libidines, morbi, supplicia: quæ omnia feruè ad descriptiones atinent, quarum satis amplam segetem in altero tomo subijciam: Tria porro in his descriptionibus seruâda potissimum duco.

Inanima vt laudanda.

Primum, vt rei, quæ laudanda, aut describenda occurrunt, nõ modo partes præcipua, sed etiam minute: quæ quæ, acri disquisitione perquirantur, quod non nisi à rerum peritis præstari potest. Nam examinanda sunt genera, & species, causæ, effecta, & adiuncta, quæ latum descriptionis campum suppeditant, non quod omnia sint vbique coaceruanda, sed delectus fieri debet ex multis.

Secundum, circa dispositionem descriptionis non mediocri est prudentiâ, vt non sit tumultuaria, & desultoria, sed leni, pellucida, quæ omnium partium tractu digesta, quod præstabitur ab eo, qui collocationem argumentorum prudenter animaduertent. Bene autem collocare mihi videntur, qui prius ea persequuntur, quæ rei essentiam propius attingunt, mox cætera, quæ sunt magis adscititia commemorant. Postremò etiam addunt effectus, vsus, virtutes, vilitates, & cætera id genus.

Descriptio nis dispositio.

Itaque in descriptione rerum naturalium, vt tempestatis, terræ motus, pestis, solent nonnunquam præmitti causæ, vnde coaluerunt. In manufactis materia, & efficiens celebrantur, dein singula adiuncta notantur, si verò consequantur effectus insignes, & luculenti

Formica-
ru a reli-
gio.

Accipiter
cur Aegypt-
nis sacer.

Formica cû
Elephantis
comparatio.
Item Elepha-
cum F.

culenti non solent prætermitti : quod fusius postea declarabitur exemplis.

Tertium, stylus descriptionum duplex est, vnus historicus, pressus, acer, & concinnus, alter Epidicticus, paulò magis pictus, & effluens. Quid cuique loco, & argumento conueniat, prudètia satis iudicabit. Nunc aliquot exempla delibemus.

Laudatio, & descriptio mundi.

Ex Theodoro, & D. Cypriano.

CAPVT XX.

MVndi laudatio, siue descriptio præclarum est dicendi argumentum, in quo omnes omnium penè disertorum calami defudarunt. Hunc autem fermè modum tenent, vt per causas, partes, & adiuncta filum trahant orationis. Sic Theodoretus oratione quarta de materia, & mundo, post explosas variorum Philosophorum sententias, hanc primùm rerum molitionem à sapientissimo, & potentissimo artifice commendat his verbis.

Ὁ ἢ τῆ παντὸς ποιητὴς, οὐτ' ὀργάνων, οὐτ' ὕλης δέεται, ἀλλ' ὅσπερ ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις, καὶ ὕλη, καὶ ὄργανα, καὶ μέτροι, καὶ χρόνοι, καὶ πόνοι, καὶ ἐπισημὴ, καὶ ἐπιμέλεια τοῦ τῶ τῶ δαῶ τῶν ὄλων ἢ βέλασις. Ἡδέλησε ἢ ὄγκ' ὅσα ἠδάυατο, ἀλλ' ὅσά τ' ἄπειρον ἐδοκίμασεν, ῥαδίον μὲν γὰρ ἦν αὐτῶ, καὶ μυρίας, καὶ δισμυρίας δημῶν ἔργων κόσμους.

Hæc vbi de opificis, potentia, & sapientia attigit, præcipuas vniuersi partes aggreditur. Ἐργον τῶν τῶν ἐστὶν ἀσθητὰ τὰ ἢ νοητὰ, καὶ τὰ μὲν ἐπισημὴ, τὰ ἢ ὑπερβάνια ἀναγκά, ὅς, καὶ ζῶα πεποικίχα.

Soler deinde ad singulas partes oratio delabi, quas nitido, vernantique colore prosecquitur. Quo in genere multa sunt exempla, quæ nos pluribus suo loco. Nunc istud Cypriani prolusionis instar audiamus.

Habet istam mundi pulchritudinem, quam videat, atque miretur; Solis ortum aspiciat; rursus occasum mutuis vicibus dies, noctesque reuocantem, globum Lunæ temporum

cursus incrementis suis, decrementisque flagrantem; Astrorum micantium choros, & à summo de summa nobilitate fulgentes; Anni rotas per vices membra diuisa, & dies ipsos cum noctibus per horarum spatia digestos, & terræ molem libratam cum montibus, & profusa flumina cum suis fontibus, extensa maria cum suis fluctibus, atque littoribus: Interim constantem pariter lumina conspiratione, nexibusque concordia extensum aerem medium, tenuitate sua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus perfundentem, nunc serenitatem resecta raritate reuocantem; Et in omnibus istis incolas proprios in aere auem, in aquis piscem, & in terra hominem. Hæc, inquam, & alia opera diuina, fiat Christianis hominibus spectacula.

Laus imperij, Regionis, vrbis.

CAPVT XXI.

Latissimus erit dicendi campus, si hæc capita mente complecteris, & per eadem filum laudationis extendas.

Erunt autem septem, Origo, in qua primum inquirendus fundator. An Deus, an Heros, an Homo, inquit Menandri Rhetor, & de eius laude dicendum paucis, si obscurus, & incertus, satis eum suæ vrbis gloria commendari ostendes, Si famæ haud ita bona: apologia erit vtendum.

Diuturnitas, siue antiquitas, cuius freques est commendatio. Sic Athenienses, cum Sole genitos, Arcades ante Lunam natos prædicant. Si vrbis antiqua, dicis legibus naturæ ita constitutum esse, vt quod antiquissimum est, idem quoque sit honore dignissimum. Si recens, eam instar puellæ pubescere, & ad optimas quasque spes in dies assurgere.

Fines, copiar, opera, viri, virtutes. Quæ quidem omnia in Romæ laudatione apud Aristidem, & cæteros facile apparent, & animaduertet, qui grauitissimos quosque authores legerit, quorum testimonij vtitur eruditus Lipsius de magnitudine Romæ.

Eius Origo est ab AEnca & Troianis. Antiquitas excedit annorum duo millia, & trecentos.

Fines, ab oriente fuerunt Euphrates, à

meri-

meridie Nili cataractæ, deserta Africæ, & mōs Atlas, ab occidente Oceanus, à Septentrione Danubius, & Rhenus, tales sub Augusto Imperatore termini sunt constituti.

Copia.

Tum maritimæ, tum pedestres erant, quæ ad tanti imperij incolumitatem sufficerent.

Opulentia.

Ad auri centum, & quinquaginta milliones ex annuis redditibus.

Opera.

Maximè laudatur in vrbe, situs, munitio, amplitudo, hominum multitudo, alimenta, ædificia, templa, fora, theatra, ieiici, balneæ, thermæ, viæ, pontes, statuæ, monumenta, aqueductus, priuata ædificia.

Quæ omnia breuiter eruditionis causa in antiqua Roma admirabilia fuisse ostendit Lipsius in admirandis.

Situs.

Φύσις Χώρας nominatur à Menandro Rhetore, in quo primum consideratur salubritas, quæ magni est momenti, & laudatur vrbs, vel domus, quod est *καμπροτέρα, εὐπνεύερα, ὕψι- νότερα*, vt loquitur Plutarchus.

Situs vt laudandus.

In vniuersum autem, vt notat idem Menander, consideratur situs ratione cæli, maris, terræ: si locus ad orientem spectat, laudabis in eo lucis principium, & quasi solis cunabula. Si ad occasum, dices, quod instar Coronidis appositus, solem cum laudationibus, & hymnis dimittere videtur. Si ad meridiem, quod in cælo, velut in acie plagæ cælestis medium occupat. Si ad Septentrionem, quod instar arcis munitissima editissimam mundi partem obrinet. Si montosus est, laudabis munitiorem, & cum neruoso quodam corpore comparabis. Si planus, mollitiem, & aequabilitatem. Si regio sicca est, qualitatem in ea cælestem commendabis si fecunda, vtilitatem: si infrugifera, frugalitatis alumniam dices.

Hæc ille Rhetor Græcus, apud quem plura quoque de situ urbium videre poteris.

Liuius nonnulla in Romæ situ commendat his verbis.

Non sine causa Di, hominesque hunc vrbi condendæ locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi conuentus accipiuntur, mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinqui-

tate ad periculum classium, externarum regionum, Italiæ medium.

Munitio.

Munitiones laudantur à loci ingenio, & operibus hominum.

Roma munitissimo loco sita, vt Alpibus, & Apennino defensa: quod Rutilius hisce versibus celebrat.

*Si factum certa mundum ratione fatemur,
Consiliumq; Dei machina tanta fuit:
Excubijs latius precepsit Apenninum,
Claustraq; montem vix adeunda vis.
Inuidiam timuit natura, parumq; putauit,
Arctois Alpes oppo,uisse minis.
Sicut vallibus multis vitalia membris,
Nec semel inclusit, qua pretiosa tulit.
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitoq; habuit Roma futura Deos.*

Hominum multitudo.

Decus vrbs quoque est hominum multitudo: nec abs re Aristides orator, qui Adriani temporibus floruit, Romam comparat cum Homericæ niue, quæ excelsorum montium iuga operit, & agros item, ac pingua vitorum culta abdit, tantam Romam esse, vt in quacunque parte quis constiterit, nihil impediatur, & in media cum esse *ὅπως ἡ ἄστυς γένοιτο, οὐδὲν ἔστι τὸ κωλύον ἀμοιῶς εἶναι αὐτὴν μέσσην.*

Alimenta.

In alimentis consideratur bonitas, copia, salubritas, comportandi, & emendi facilitas.

Aristid. Mare per medium vestrum imperium porrigitur, cui vndique ampliæ regiones adiacent, necessaria pleraque vobis subministrantes. Nam ex omni terra, marique, quicquid vel anni tempora gignunt, vel regiones singula, fluij, lacus, arteque item, & ingenia, tum Græcorum, tum barbarorum proferunt, nō omne ad vos deferunt. Itaque si quis talia omnia videre desiderat, is vel per totum orbem peregrinetur necesse est, vel in vestra ista vrbe versetur. Quicquid enim apud alias, vel crescit, vel conficitur hic affluit, & abundat, tot autem, & tantæ onerariæ naues, singulis anni temporibus appellantur, vt vrbs, communis quædam orbis officina videatur. *κοινὸν τὴν τῆς γῆς ἐργασίην*, vt appellat.

Ædificia.

Ædificia magnum vrbi decus afferunt, & publica quidem primum laudanda, deinde

de priuata commendantur à materia, forma, artifice, fine, partibus, adiunctis.

Illa per Synathroismon laudat Ammianus lib. 16. cap. 6. vbi Constantij ingressum in urbem Romam describens ipsum intuentem, & mirantem præcipua operum facit.

*Montes
Romani.*

*Tarpeia
rupis.*

Deinde intra septem montium culmina per accliuitates, planitiemque, posita vrbis membra collustrans, & suburbana, quæquid erat, primum id emovere inter alia sperabat Iouis Tarpeij delubra, quantum diuina terrenis præcellunt, lauacra in modum prouinciarum extructa, amphitheatri molem solidatam, lapidis Tiburtini compage, Pantheon, velut regionem teretem, spatiosa celsitudine fornicata, elatosque vertice scanfili suggestus Consulium, & priorum Principum imitamenta portantes, & vrbis templum, forumque pacis, & Pompeij theatrum, & odeon, & stadium, aliaque inter hæc decora vrbis æternæ.

Templa.

*Roma tem-
pla.*

*Templum
Capitolium.*

Templorum laudatur antiquitas, altitudo, longitudo, latitudo, materia, structura, ornatus, donaria, religio, &c. Romæ quadringenta, & viginti quatuor fuerunt, celeberrima Tarpeion, Pantheon, Templum pacis, Torpeion siue Capitolinum templum, quale erat sub Tarquinio describit Dionys. Alicarn. Situm est, inquit, in altera crepidine, habetque in ambitu octo iugera, sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudinis, & longitudinis eius differentia, nisi quod ista illam vincit vix pedibus quindenis, qua parte frons eius meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur, ab alijs lateribus duplici. In ipso sunt tres sellæ ex ordine à lateribus communione parietum clausæ, media est Iouis, vtrinque, altera Iunonis, altera Minervæ, sub eodem laqueari, eodemque tecto. Conferamus si placet cum hac descriptione Ephesie Dianæ templum, miraculum orbis terrarum. Sic describit Plinius naturalis historia, lib. 36. ca. 4. Magnificentia vera admiratio erat templum Ephesie Dianæ ducentis annis factum à tota Asia, in solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret, ne in lubrico, atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, antè calcatis ea substruere carbonibus, dein velleribus lanæ; vniuerso templo longitudo est quadringentorum viginti quinque pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum vi-

*Templum
Diana
Ephesia.*

ginti septem à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, ex his triginta sex cælatæ, vna à Scopas operi præfuit Chersiphron architectus. Summa miracula Epistylia tantæ molis attolli potuisse, id consequutus est ille ut peronibus arena plenis molli puluino super capita columnarum exigerato, paulatim exinanens ab imo, ut sensim totum in cubili siceret; difficillime hoc contigit in limine ipso, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit, nec sedie in cubili anxio artificio mortis destinatione suprema. Cætera eius operis ornamenta plurium librorum instar obrinent, nihil ad specimen nature pertinentia. Vide etiam quæ Iosephus habet de templo Hierosolymitano, libro sexto de bello Iudaico cap. 14. τὸ δὲ ἱερὸν ἰσοῦρο, &c. vbi fuse hoc mundi miraculum describit.

Theatra.

Theatra præcipuum locum obtinent, inter vrbis ornamenta, in quibus spectantur partes, ut scena postscenium Orchestra, Cunei cauea, deinde, ornatus, ut columnæ, tabulæ, signa, ad summum totum scenicorum choragium. Nonnulla attigit Plinius li. 36. cap. 15. in theatro Scauri. M. Scaurus fecit in ædificata sua opus maximum omnium quæ unquam facere humana manu facta, non temporaria nota, verum etiam æternitatis destinatione theatrum hoc fuit, scena ei triplex altitudine trecentarum sexaginta columnarum, in ea ciuitate, quæ sex nyctera, non tulerat sine pæbro cuius amplissimissima pars scenæ e marmore fuit, mediæ vitreo, inaudito etiam postea genere luxuriæ, summæ tabulis inauratis columnæ, ut diximus imæ duodequadragenum pedum, signa æ. ea inter columnas fuerunt tria milia numero, cauea ipsa cœpit hominum octoginta milia, cum Pompeij amphitheatro toties multiplicata vrbis, tantoque maiore populo, sufficiat large quadraginta milia, &c.

Fora.

Fora Romæ quinque, Romanum, Iulium, Augustum, Transitorium, Vlpium, non præmittuntur ab encomiastis, quæ erant profus magna.

Balnea.

Balnei structura laudanda, excutiendæ partes singulæ, ornatus deinde insigni laude non carer.

earet. Habes de hac re luculentū exemplum ex Luciano, de quo nos libro undecimo. Seneca quoque perstringit epist. 87. Pauper sibi videtur, ac sordidus, nisi parietes magnis, ac preciosis orbibus refulserint, nisi Alexandrina marmora numidicis crucis distincta sint, nisi illis vndique, & in pictura modum variata circumlucio pretextatur, nisi vincto circumdatur, nisi Parius, & Thasius lapis quondam rarum in aliquo templo spectaculum piscinas nostras circumdederit, nisi aquam argentea-epitonia fuderint. Et adhuc plebeas fistulas loquor, quid cum ad balnea Libertinorum pervenire, quantum stannarum, quarum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum & impense causa, quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? eo deliciarum venimus, ut nihil nisi gemmas calcare nolumus.

Aqua ductus.

In aquæ ductibus spectantur moles, artificia, operis utilitas, iucunditas, necessitas, &c. De quibus Plinius. Si quis, inquit, diligentius aestimaverit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, Euripis, horris, suburbanis villis, spatioso aduenientium extractos arcus, montes per fossos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Lepide Rutilius.

*Quid loquor ærio penitentes fornice riuos,
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?
Hos potius dicas creuisse in sidera montes,
Tale Giganteum Græcia laudat opus.*

Pontes.

In Pontibus consideratur fluminum celebritas, Pontium necessitas, structura, firmitas, usus, utilitas, & cætera de quibus Xiphilinus. Traianus imperator pontem lapideum super Istrum statuit, quem ego nec dignè quidem habeo admirari. Nam etsi alia pulcherrima principis eius opera extant, tamen hoc est super omnia, pilæ igitur eius sunt viginti à lapide secto, & quadrato, quæ altitudinem habent centum, & quinquaginta pedum, latitudinem sexaginta, distant inter se centum octoginta pedes fornicibus devinctæ, quomodo autem non aliquis sumptum in istas pilas admiraretur, quomodo non & constituendi, firmandique modum, idque in flumine magno, & vorticoso, & fundo ipso infido, & & limoso? nam nec auertere quidem cursum

fluminis licuit illo modo; nec verò de magnitudine fluminis idè dixi, tanquam ibi maximū sit, imò verò alibi duplo maius est, aut triplo, atque instar pelagi se diffundit. Sed quia locus ille arctissimus ibi locorum, & aprissimus ponte iungi est tantus. Quo autem magis in arctum illud ex lato extrahitur, & rursum in latum se effundit, tanto mirum & rapidius fluit, & profundius existit, & hoc quoque difficultatem, atque arduum operis valde auxerit, magnitudo igitur Traiani ex eo quidem constat, non tamen vsum nunc nobis præbet, sed pilæ duntaxat stant, quasi in eum finem modo structæ, ut documento fiat nihil esse, quod ingenio humano non possit effici.

Privata ædificia.

In privatis ædificijs sunt domus & villæ. In quibus laudatur amplitudo, structura, ornatus. Tanta erit laxitas maiorum cœdium Romæ, ut angustè se habitare putaret, cuius domus tantū pateret, quantum Cincinnati rura patuerunt, erant autem quatuor iugera: Molitio admirabilis erat; columnæ ex longinquis regionibus conquisitæ, de quibus tam sæpè mentionem faciunt Poëtæ, Propertius.

Quod non Tenarijs domus est mihi sulca columinis,

Nec camera auratas inter oburna trabes.

De structura, & ornatu communiter Seneca ep. 96. Quid inter pueros, & nos interest, nisi quod nos circa tabulas & statuas insanimus carius inepti, illos reperti in litore calculi leues, & aliquid habentes varietatis delectant, nos ingenium macula columnarum siue ex Aegyptijs arenis, siue ex Africa solitudinibus aduectæ porticum aliquam, vel capacè populi cœnationem ferunt, miramur parietes tenui marmore inductos, cum scimus qualem sit, quod absconditur, oculis nostris imponimus, & auro recta perfundimus, quid aliud, quam mendacio gaudeamus, scimus enim sub illo auro fœda ligna latitare, quid, quod, ut ait idem, versatilia cœnationum laquearia ita coagmentabant, ut subinde alia, atque alia facies succederet, & toties recta, quoties fercula mutarentur.

Nero Cæsar vestibulo ædium suarum colossum centum viginti pedum habuit, deinde porticus triplices, item stagnum maris instar circumseptum ædificijs, ad vibium speciem, rura insuper armis, atque vinetis, & pacis, syluisque varia, cum multitudine om-

*Ædificiorū
lucus.*

nis generis pecudum, & ferarum in cæteris partibus, cuncta auro lita, distincta gemmis, viouumque conchis, erant cœnationes laquearæ tabulis eburneis versatilibus, vt flores, & vnguenta desuper spargerentur, præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo, vice mundi, diebus, ac noctibus circumageretur.

Villa.

Specimen villarum aspice in vna villa. Exat, inquit Plinius, Gordianorum villa Prænestina ducetas columnas vno peristylio habes, quarum quinquaginta Charistæ Claudianæ, quinquaginta Syenitides, quinquaginta Numidiæ, pari mētura sunt, in qua Basilicæ centenariæ tres, cætera huic operi conuenientia, & thermæ quales præter vibem nusquam in orbe terrarum. Commemoratur quoque Plutarchus in Lucullo eius ædificia sumptuosissima: nam ad Neapolim tumulos suspendit folluris, Euripis, & in riuis pisciculenta ædificia sua circumiecit, Diatas Marinas extruxit, quas Tubero stoicus contemplatus appellauit eum Xerxem rogatum.

Sed operæpretium est egregium Caij Plinii Iunioris epistolam lib. 5. epist. 6. legere, vbi de industria villam omnibus coloribus depingit.

Fontes.

Laudem fontis petemus ex Plinio. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatione uela manufacta, ibi paulum retentus in Larium lacum decedit, perinde die statijs auclibus, & diminutionibus crescit, decrescitque, cernitur id palam, & cum summa voluptate deprehenditur, iuxta decumbis, & vesceris, atque ex ipso fonte, nam frigidissimus est, potas.

Flumina.

Flumina laudantur ab ortu, scaturigine copiosa, velocitate, colore, piscatu, piscium generibus, & multitudine, & alijs fluuijs, quos recipiunt, & locis, per quæ fluunt, denique à nauium frequentia.

Montes.

Mons celebratur à magnitudine, radicibus, vallibus, vitibus, miraculis, prodigijs, rebus memorabilibus, siugum vbertate, & copia.

Agri.

Laudationis in agro capita erunt, fertilitas, amicitas, varietas arborum, & herbarum, cultura, situs.

Viri, & viriutes. Sed omnino laudanda sunt vberius ea, quæ communi consensu maiora sunt, vt *hgio, legum maiestas, ciuis, conseruabnes, priuilegia, iustitia clementia, fortitudo, probitas, consuetudo, ars militaris, doctrina studia, Gymnasia, opificum industria*, de quibus diximus superius.

Quæ Cicero pro Flacco, sectione 62. paucis complexus est, cum de Athenarum vberibus agit.

Adiunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur; De quorum vberibus positione propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen fuisse proditum est: Quæ vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur: & eorum eadem terra parens, alitrix, patria dicatur: autoritate autem tanta est, vt iam fractum prope, ac debilitatum Græciæ nomen huius vberibus laudetur, & de Lacedæmonijs.

Adiunt Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata, & nobilitata virtus, non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur: qui soli in orbe terrarum septingentos iam annos amplius vni moribus, & nunquam mutatis legibus viuunt.

Ibidem de Massilia, & cæteris.

Laus virtutum, & Scientiarum.

CAPVT XXII

LAUS Virtutum, & scientiarum ijs ferme capitibus excurrit, quæ in laude personæ notari superius.

In virtutibus quippe expenditur honestas, utilitas, necessitas, quod vt plenius assequatur orator, modo earum definitionem, seu potius descriptionem clarissimis pingit coloribus, modo ipsius obiecti dignitatem amplificat, modo eiusdem virtutis varias partes, & quasi membra singula disquisitè percurrrens explicat, modo eius originem, & causas arecessit, modo effectus admirabiles ponit ob oculos, modo contrariorum vitiorum pingit deformitatem, modo inferiorum virtutum comparatione, eam quam laudat celsius attollit.

Ad hæc contextit sapientium effata historias, similitudines, emblemata, quibus quasi rescellat.

cellato opere distinguatur oratio. Horum nonnulla persequutus est Aphthonius in Economio sapientiae. Primum enim ab eius dignitate incipit, & ostendit sapientiam *Commonem esse Divorum possessivam, κοινὸν κτῆμα θεῶν.*

Sapientia laus.

Nam Iunoni nuptias, Marti bella, Vulcano fabrilis, Neptuno tribui navigationes, sapientia verò omnes indigere, & *δειρὴ αὐτὴν ἐκτῆσαν τοσοῦτον.* Proinde semen esse quoddam caeli, & radium summæ maiestatis, quo, qui inter mortales præditi sunt, hoc *θεῶν παῖδας* appellamus.

Mox ad eius necessitatem, & varias utilitates delabitur, & plene indicat sapientiam, omnium esse temporum, omnium negotiorum propriam, nec magis pacis, quàm armorum, *πολιτεύεται μὲν γὰρ κατὰ πόλεμον, ὡς εἰρήνην παντελῶς ἀγνοήσασα, ἢ εἰρήνης οὕτω μετέσχευε εἰς ἀγνοήσα καθάπαξ τὰς μάχας.*

Deinde eius commoda ubique terrarum in vita civili percurrit. & quid imperatoribus, & belli ducibus, quid agricolis, quid nauigantibus, quid vniuerso hominum generi conferat, ostendit.

Ἀδτι γεωργοῖς ἀνῆκε τὴν γῆν, & τοῖς πλέυσιν ἐμέει τὴν θάλατταν, &c.

Nec satis ipsam sapientiam in cœlum penetrantem inducit, & totam superioris mundi Oeconomiam admirabili virtute completam.

Αὐτὴ λαθεῖν οὐ κατέλιπεν ἂ τ' ἀπορήτων οὐρανὸς ἔχει παρ' ἐαυτῶ. Καὶ γὰρ ὄσον ἦλιος περιέδρα μὲν ἕκαστος, μόνη σοφία τοῖς ἀνδράποισ ἐξέδρεν.

Quartò eius diuersos effectus artificiosè per historias explicat, vt cum dieit sapientiam Troiam cœpisse, Sapientiam Cyclopi oculum effodisse, Sapientiam Persarum robur contriuisse.

Postremò auget à comparatione minorum, & sapientiam cum fortitudine comparans, hanc longè inferiorem, illam gloriosiorem planè declarat.

Εἰτὰ ἕς ἀνδρείαν παραβαλεῖ, &c.

Ad hoc genus pertinent λόγοι, quos antiqui χρίτας ab utilitate nominarunt, sunt enim proprie orationes de vitijs, & virtutibus, ali-

qua sententia cōplexis, quæ tractantur sapientimè per paraphrases, & descriptiones rei, per causas, per contraria, per similitudines, per exempla, per veterum testimonia, quæ Aphthonius in arte vocat *Παραφρασεῖς, ἀπὸ τοῦ ἑναντίου, ἢ ἐναντίον, ἢ παραβολῶν παραδείγματα, μαρτύρια παλαιῶν.* Quorum omnium ars ex Libanio, Theone, & Aphthonio, vel ijs, qui adhuc uare discunt, cū cortice fati nota est.

Artes, & scientiæ, haud dissimili quidem ratione laudantur: Solet enim primum earum inquiri nobilitas, quæ ex inuentoribus non raro peti solet. Deinde ostenditur antiquitas, & ortus, & progressus, & obiecti dignitas, & commoda in omnem ciuili vitam partem longè lateq; diffusa, & honores istarum artium professoribus habiti, & libri scripti, & ingeniorum claritas, & multitudo, & scientiæ veritas, & constantia, & necessitas, & si quid huiusmodi.

De veterum in epidicticis orationibus artificio.

CAPYT XXIII.

Placet quoque ad huius libri coronidem nonnulla de veterum in tractandis orationibus Epidicticis artificio suggerere, licet superiora sint exemplorum varietate distincta.

Primus omnium occurrit Thucidides, cuius funebri legitur oratio lib. 2. in Atheniensibus, qui pro patria fortiter occubuerant. Sed vt dicam, quod sentio, minimè est Epidicticus, imò austerus, grandis, subhorridus, & rerum potius sincerus pronuntiator (quod dixit M. Tullius) quàm facundus laudator. Itaque hunc *ἐπιτάφιον λόγον*, quod nihil habeat admodum eximium prætermitto, summa capita delibasse contentus, in quibus dispositio admodum vulgaris, & excursionones, quas nollem hoc tempore imitari.

Aedificiorum luxus.

Partitio orationis Thucididis.

Primum, Exordium est ab excusatione, rei Thucididis magnitudine, cum virium tenuitate comparata. Simile est exordium Demosthenis in *ἐπιτάφίῳ λόγῳ*. cuius lib. 1. memini. Tenuitate (inquit) oratoris periclitatur fama celebritatis. Itaque satius res magnas obuolere silentio, quam ingenij culpa deterere, vide Horat. od. 6. lib. 1.

Oratio funebri Thucididis.



Secundum, Laudationis fit initium com-
muni, & antiquo filo. Maiores primum lau-
dantur, & si minus ad rem: similia in Demo-
sthenis λόγῳ ἐπιτιμίας. & in odis Pindari, in
quibus laxiora sunt huiusmodi lusitantis fa-
cundia paresca.

Tertium, Politia Atheniensium ab opti-
ma temperie commendatur. Experti sunt au-
tem primum Reges, deinde ἀρχοντας per-
petuos Mox decennales, re in Democratiam,
de qua hic agit Thucydides, adducta.

Quartum, Atheniensis respublica festata
est elegantiam cum frugalitate, Philosophi-
am sine mollitie. Talem tempericem laudat
Plutarch. de fortuna Alex. τὸ ἀνυμνῶν οὐκ
ἀρὸν τὸ ἐπινοεῖν ἀπαραιρέτων.

Quintum, Athenienses non tantum ver-
bis, sed & operibus student. Nam sapiens o-

ratio sine actione, clauda virtus est, vt ait Cy-
rillus apud Sanctum Maximum.

Sextum, Athenienses beneficii, nec similes
ταῖς ἐπὶ τῶν κερμῶν συκαῖς ἀφ' ὧν ἀνδρῶν
πᾶσι μὴδὲν λαμβάνει, vt ait Plutarch.

Septimum, Confirmat narrationem ab ef-
fectis.

Octauum, Post laudem virbis, & maiorum:
delabitur in laudes mortuorum, quos à for-
titudine gloriose mortis commendat: De
huius obitus gloria extat Arist. hymnus a-
pud Laert. Ἀρετὰ πολέμοιο θε γένε βροτέω,
&c.

Nonum, Ceteros acuit eorum exemplo,
quancquam eius oratio plus habet grauitatis,
quam aculeorum.

Ἐὰς αὐτὴν πρᾶξιμα νότα υἱῶν sunt, ubi agit
de mortuorum gloria.

Vita pre-
stantis, ci-
uium colle-
cta resp.

Sepulcrum
illust.
viror totius
mundi.

Ὅτι οὐκ ἐπὶ τὴν πόλιν γε τῆς σοφίας
χρετῆς ἀξιοῦντες σερπίσκου, κάλλιστο μ
ἤ βρανον αὐτῆ προτέμνομι, κοινῆ γὰρ
τὰ σώματα δίδάτες, ἰδία τ' ἀ, ἤραν ἑσπῶν
ἐλάμβανον, καὶ τ' τῶν ἐπισημοτάτομ, οὐκ
εἰ ὠκείων μαλλομ, ἀλλ' εἰ ἡ δόξα αὐτ'
παρὰ τῶ ἐπιτυχόντι ἀεί, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ
καὶ ὠ ἀείμνησθαι καὶ λαίπεταμ. ἀνδρῶν γὰρ
ἑπερανῶν πᾶσα γηγάφθαι, καὶ οὐκ ἐλῶν μο-
νων εἰ τῆ οὐκεία σημαίνει ἑπεραφῆ ἀλλὰ
καὶ εἰ τῆ μὴ προσηκόση ἀρχαφθαι μνήμη
πρὸ ἐκείνου τῆς γνώμης μελλ. καὶ τῆ ἔργῳ εἰ
διατᾶται οὐδ' ἂν ὁμῆς ζηλώσαντες, καὶ τὸ εὐ-
δαμομ, τὸ εὐθερομ, τὸ ἰελευθερομ, τὸ εὐψυ-
χον κριναντες. μὴ περιπαῶδε τοὺς πολεμικοὺς
κινδύνας. οὐ γὰρ οἱ κακοπραγῶντες δικαίτε-
ρον ἀφειδοῖεν ἀν τῆ βίῃ, οἷς ἐλπίς οὐκ ἐστ' ἀ-
γαθῆ. ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ εἰ τῶ ζῆν
εἰτι κινδυνεύεται, καὶ εἰ οἷς μάλιστα μετὰ τὰ
διαφέροντα, ἢντι πᾶσι σοσι. ἀλγεινότερα γὰρ
ἀνδρὶ γε φρόνημα ἔχοντι ἢ εἰ τῶ μετὰ τῶ
μαλακῶδῆναι κακῶσις, ἢ ὁ μετὰ τῶ μῆς, καὶ
κοινῆς ἐλπίθαι ἀμα γιγνώμης, καὶ ἀνείδη-
ται ἀνείδη.

NON statuerunt sua virtute fraudandam
esse ciuitatem, speciosissima eam colle-
cta donantes. Publicè namque corpora
impedentes, priuatim laudem, quæ nun-
quam senesceret, acceperunt: simul & honori-
ficentissimam sepulcrum, non magis eam, in
qua ipsi sunt siti, quam sempiterna gloria,
quæ, vt, sese quodque offerret, tempus, vel
narrandi, vel imitandi, celebranda relinqui-
tur. Quippe illustrium virorum tumulus or-
bis vniuersus: neque id domesticorum tan-
tum saxorum testatur inscriptio, sed etiam
sine literis in exteris gentes egressa memo-
ria, magis apud animum cuiusque, quam a-
pud vinas commoratur. Quos ipsi nunc ad i-
mitandum vobis cum proponatis, & fæli-
citem esse existimetis esse libertatem, rursus-
que libertatem esse fælicitatem, nolite bel-
lica recusare discrimina. Neque enim, qui
aduersa fortuna laborant, iustius vitam con-
tempserint, quibus spes boni non est, sed
quibus aduersa commutatio, ex prospera
fortuna in aduersam periclitatur. Tristior-
que est viro prudenti, contumelia comes i-
gnauia, quam per fortitudinem, &
publicam spem, sine sen-
su futura
mors.

L. rogè



Orationis
sumbris ex
Aristide
exemplum.

Longè suavior est, mollior, & methodo in-
structior in laude Eteonei, cuius oratio-
nis hæc sunt capita.

Primum, Exordium lenè, & elegans, in
quo delineatio totius orationis. Deffendum
esse scilicet Eteoncum mortuum, propter e-
ximias virtutes, quibus effulsit.

Secundum, Virtutes mixtae Eteonei sum-
matim perstrictæ, apta est in itijs hæc veluti
præcepta, & summa tantum capita delibans
laudatio. Paucis autem multa complectitur,
& plurimum habet venustatis. Exemplum
attuli ex Plinij panegyrico, & D. Gregor. Na-
zianz. orat. in A. Iha. ὑψήλως μὲν τοῖς ἔργοις,
ταπεινὸς ὃ τῷ φρονήματι, & cætera, quæ
infra fufius.

Tertium, Laudationis initium à genere,
quod est in istis argumentis fræqueus. Et apud
Herodianum gloriatur Commodus Imp.
ὁμῶς δὲ μὲν ἔδεν ἢ λ. ὁ ἀνθρώπων, & βασιλεία.

Quartum, Breuissimè educatio, & pulchritu-
do laudantur. Sic paucis sunt perflungenda
in quibus nihil nulum eminet, nec tor-
nandum, quod ait Iulianus, nihilium. Et
hæc grauiora, quàm si formæ laudem picto-
stylo texuisset. Magnum est meritum bonam
in pulchro corpore sortiri. Laudat autem in
eo, Ἐργοντα τὸν σάρακα δὲ ἠέωσαν, vt ce-
lebratur Græco proverbio, Mentem senilem
in corpore iuuenili. Et eos gratiores iuue-
nes Cato Pullij cæcaser, qui præ se ferant ali-
quid senectutis, quod de nobilissima Virgi-
ne, & Martire Eulalia cecinit acutè, vt solet
Prudentius.

Mens seni-
lis in corpo-
re iuuenili.

Litterarum
studium.

Moribus tenetis canicem meditata senum.
Quintum, Commendatur in eo literarum
studium, & eruditio. Vita est hæc sapientis.
Otium verò, sine literis viui hominis sepul-
tura, quod præclare dixit Seneca. Ὁ νόσ-
δὲ, Ἐικαμὲν τὸ πρὸς ἡμῶν, ὁ δὲ νόσος νοήματα
monet Nazianz. tetrastr.

Sextum, Obseruantia in præceptorem.
Eximia laus eius ætatis, cui sufficit obse-
quij gloria. Quantum autem præceptorum
charitati debeatur, declarat Seneca l. 6. de be-
neficijs.

In docendo, & laborem, & rædium tulit.

Laus Eteonei, ex Aristide.

Deploratio
mortis.
Eteonei.

Ω πάντα σὺ κάλλιπε παιδῶν, ὦ ἴσ-
μὲν προσήκοσης ἡλικίας σὸν ἔπι-

præter illa, quæ percipientibus in commune
dicuntur, aliqua instillauit, ac tradidit Hortã-
do bonam indolem erexit, & modo laudibus
fecit animum, modò admonitionibus discuf-
sic desidiã: Ingratus sum, nisi illum inter
gratissimas necessitudines diligo.

Nec mihi um, si Episcoporum nomen tribu-
tum olim iuuentutis moderatozibus, vt li-
quet ex Oppiano, lib. 1. de venat. v. 681. *Episcopi
diſti mode-
ratos: im-
ueniuntis.*

7. Celebratur eius verecundia, vbi dicitur
ἀδούος ἀγαλμα, hoc est pudoris simulacrum.

Præclara laus apud veteres apud quos mag-
na veneratio huiusce virtutis: testatur nobile
dictum hieroglyphicis incisum in propylæo
Pylonis contra impudentiam. ὦ γνώμενοι, &
ἀπογοιόμενοι: εὖος μισοειάναδειαν. ex Cle-
mente Alexandr. lib. 5. in Symbolis.

Octauum, Deploratio, & affectus, quàm
suauissimi amoris, quamquam non degene-
rant in insanam illam naniã, quàm habet
Himerius in simili argumento, cuius ego feci
mentionem in libro de affectibus.

Nonum, Deus è machina consolatur affi-
nes mortui, in quo artificiosa sophistæ peror-
ratio; qui per hanc prosopopeiam, & orationi
plus gratiæ, & dictis plus auctoritatis concil-
liat. Verba autem non iam sunt tanquam
ἐκ σκήπτρου (quod aiunt) Θεμιστευόμενα,
sed plâne, quæ videantur ex Oraculo fusa, ita
rota sententijs illuminantur, vt, vclis auro.
Tales sunt istæ.

*Episcopi
diſti mode-
ratos: im-
ueniuntis.
Præceptores
Episcopi no-
minati.*

*Deus è ma-
china.*

Vitæ tempus etiam longissimæ breuissi-
mum esse, si cum ætate comparatur, pul-
cherrimè quoque dixit Philon, in oratione
Iacobi Patriarchæ. & γὰρ ὁ μακροκίτατος
ὀλιγοχρονιώτατος ἀνθρώπου ὁ χρόνος.

Boni est pbera ante satietatem fabulæ fi-
nem imponere, simillima dixit Tullius in di-
alogo de senectute.

Senectus autem peractio ætatis est, tanquã
fabulæ, cuius defatigationem fugere debe-
mus, præsertim adiuncta satietate Et Seneca,
quomodo fabulæ, sic & vitæ non quamdiu,
sed quàm benè acta sit refert.

Hæc autem præcipua nota visa sunt.

Ο Pulcherrime puer, qui cum legitimam
ætatem non esses. assequutus, cam ta-
men,

λαμβανόμενοι, ἢ δὲ ὑπαρχέσης σεμνό-
 τερ φανείς, καὶ πρεσβύτεροι. σὲ πιδέσει μὲν
 ἡλικιωτῶν χεροί, ποθέσει δὲ πρεσβύτεροι. πο-
 θεῖ δὲ ἢ τὰ μέγιστα ἐπὶ σοι πόλις ἐλπίσασα ἢ μ
 σὺ πρόβου, πρῶτα δὲ, καὶ τελευταῖα εὐφρανας
 μὲν δὲ πρῶτα νύκτες, ἢ πᾶνες ἡμέρας λοιπῶν. ἢ
 πρὶν μὲν ὡς χρολίωσις ἦδετο. νὺν δὲ ἔλελι-
 ληγκται ὡς δυσοκίτασα. ὦ κόχλοι μέρ ὄρ-
 θαλμῶν ἐκείνων κεκλεισμένοι τ' ἅπαντα ἡδὴ
 χρόνον. κεφαλή δὲ ἢ πρότερον χαρισάτη,
 νὺν σὺ κόνει. χεῖρες δὲ ἀφανείς ὡ ποδες οἶον
 φέροντες τ' δεσποτίου ὑπεδέωκατε. ὦ νυμφίε
 σὺ ἐλενότερο ἄρτι χαρμένε, καὶ σεφάνοις
 μᾶλλον πρέτωρ, ἢ ὀρηγνὴν αἶαν σὺ ὦρα τὴν ἀ-
 σωρίαν ἐκίησας. ὡς πρὶν ὑμέναον ἀδειν σοι,
 χαρὸν ἦναι τὸ θνήσκον ἀδειν κατ' ἡλέαθερ. ὦ
 σχημα κάλλισον, ὦ φθέγμα κοινὸν σοῖς Ἑλλη-
 σιν αὐτῶν ἀνόμωμον, οἶχη δὲ προομιμασάμενος.
 σὺ εὐτοῖον εὐφράνας, ὅσον λυτώσασ μοιζόνως. ἐ-
 πώρχεταί μοι τὸ τὸ Πινδαρόν προοδῶναμ. Ἄ-
 εράτε, καὶ ποταμοί, καὶ κύματα πόντος, τὴν
 ἀσωρίαν τὴν σὴν ἀνακαλεῖ. ὦ τὸ δευτέρου πλά-
 ματ. οἶον ἔρ' οἶον τῶν νεῶ κείσαι, ὦ τ' ἔπι-
 δίκης. οἶον αὐτὸ δευτέρου ἡμῖν ἔσεισεν, ὦ τὸ
 Ἰαγικὸν δαίμον. ὅς προδέξας ἀρτίως βυ-
 λευτήρια, καὶ λόγους, καὶ ζῆλον, καὶ χαρὸν, πόρ-
 φρωτῶτων σὺ βραχεὶ τὸ δρᾶμα κατέκλεισερ.
 ὦ συμφορᾶ κοινὰ λογίων, καὶ χθονίων δεῶν
 τί ποτε καὶ ἀποκρίναμαι πρὸς τὰ ψήρισμα-
 τα, ἢ τῆτο, ὅτι Ἐτεωνὸς οἶχηται παρὰ τοὺς
 κρείττονας. ὦ δεξιώτατε παίδων, οἶον σοι πέμ-
 πω βιβλίον. οἶον τανῶν ἀπολαύεις λόγων.
 ἀλλὰ γὰρ ὡσπερ σὺ τραγωδίαι τινὶ ὡς ἀλη-
 θῶς μεταξὺ τ' ὀδυρῶν, δοκῶμαι κατακβεμ
 φωνῆς ἀπὸ μηχανῆς δεῖς τινὸς μελαβάλλον-
 τ. τ' θρήνον εἰς εὐφημίαν. ὡδὲ λέγοντ. ὦ
 παύσαδε, ὦ ἀνθρώποι. σὺ χ οἶον ἄς ὁ πᾶς
 μᾶλλον δὲ ἀνὴρ. οὐδ' ἐλεῖσθαι δίκην. τ' πο-
 ρείας ἦν ἐτείλατο. ἀλλ' εἰ ὡς τις ἀλλ. ἔχει καλῶς γε δὲ τὰ ἀνθρώπων. οὐ γὰρ κωκυτός,
 οὐδ' ἁχέρων τὸν γε αἰθήρα σιν, οὐδ' ἄνχη κέρ. ἢ παραλαβῆσα. ἀλλ' εὐκλεῆς, καὶ ἀγῆριος ἦ-
 δοί τ' λοιπῶν ἅπαντα χρόνον περιήσθην ἡριος.

men, quæ contigerat, grauitate superasti:
 nunc te requirunt & æqualium cateruæ, &
 seniores, & vrbs, quæ maximam de te spem
 conceperat, quamque tu nuper primum si-
 mul, & postremum exhilarasti. quæ verò no-
 ctes, vel quæ dies morti restant, quæ cum pri-
 us ob felicem sobolem celebraretur, nunc
 infelicis partus est conuicta! ô fulgidi ocu-
 lorum orbis, in perpetuum deinceps clau-
 dendî! ô caput antea festiuissimum, nunc in
 cinerem conuersum! ô manus dilapsæ! ô pe-
 des, qualem dominum ferendo titubastis! ô
 te, & sponso recens isto miserabiliorem, &
 coronis, quàm nenijs aptiorem, qualem in hac
 ætatis temperie, excitasti luctus intemper-
 em; qui priusquam tibi Hymenæus canere-
 tur, næniarum dicendarum tempus occupa-
 sti! Ô decorem venustissimum! ô vocem,
 quæ communiter Græcis crescebat. At pro-
 cæmio recitato discessit è vita, & delibatam
 lætitiâ vertit in doloris argumentum.

Adijciam & illud Pindarî, quoniam suc-
 currit: *sideras, & fluij, & fluitans maris tui*
deplorant immaturum finem! ô alterum ca-
 sum! qualis, in quali templo iaces? ô malorum
 appendicem, vt nobis iterum hanc ædem ca-
 lamitas incussit! ô tragicum genium, qui
 cum nuper nobis curias, orationes, applausus,
 & gaudium prætulisset, breui fabulam diuer-
 sa ratione conclusit. Ô communem, & elo-
 quentium, & infernozum Deorum iacturam.
 Quidnam ad decreta respõdebo? vtrum Eteo-
 necum ad superos abiisse? ô festiuissime puer,
 qualem tibi mitto libellum, qualibus nunc
 foueris orationibus. Enimuerò non aliter,
 quàm in tragedia quadam, videor mihi inter
 lamentationes Dei alicuius, ex machina vo-
 cem exaudire, qui næniâs in laudes conuertat,
 itaque dicat: Silete homines, nec enim
 miser est puer, aut vir potius, nec miseratione
 profequendus obiter, quod institit, quin ipsi,
 si cui alij benè accidit humanitus. Nam nec
 Cocyrus illum, nec Acheron excepit, nec vr-
 na conteget, sed gloriosus deinceps, & senij
 expers hexos, deget.

Malo intel-
 ligi de sepul-
 chro, quia Græci
 codicibus ha-
 bent in tunc
 vno, quàm
 cum Cate-
 re, immaturum
 finem.

HAEC pro iuuenis morte illius admo-
 dum dicta sunt, sed tamen longè grauior
 hoc sophista sanct. Gregor. Nyssen. vbi

Pulcheriam regij sanguinis præceptum flo-
 culum desset his verbis. *Grigor.*

Gregorius Nyssenus in funere Pulcheria.

Deploratio
mortis Pul-
cheria.

Νεοδαλές ἀνθρ, ὁ οὐτῶ μὲν ὄλον τ' ἡ-
λίαν θέλει μιν, ἢ ἡτὸ τ' ἡλίαν μιν
ἠλπίετο, καὶ ὅμως ἐν τῷ μικρῷ τε, καὶ
ἀτελεῖ ὑπερλάμπερ. ὅπως ἀδρός ἐνα-
πείσθη τὴν κάλυκα, καὶ πρὶν εἰς ἀμύν προελθεῖν,
καὶ ὄλον εὐαίῃα πεάσαι, τὸ ἀνθρ αὐτὸ
περὶ αὐτὸ κατέρβη, καὶ κόνης ἐγένετο, ὁ
οὔτε ἐδρέψατο τις, οὔτε ἐεφρανώ-
σατο, ἀλλὰ μάττω ἠφύσις
ἐπὶ ὄψεσιν.



FLo s recens pullulans, qui nondum qui-
dem toto suo splendore ex gemmis, ac va-
ginis emerisset, sed partim quidem iam
emississet, partim vero in lucem emersurus
speraretur: nec eo minus in exigua, atque im-
perfecta sui parte resplenderet: ut repente in
gemma emarcuerit, ac priusquam ad suam
vigorem peruenisset, ac summum incremen-
tum nactus esset, totumque cum suavi odore
decorem panderet, atque diffunderet, ipse cir-
ca se defluerit, & in pulverem reductus sit,
quem neque quisquam deceperit, nec coronis
adaptavit, sed frustra vana laboravit.

At quæ sequuntur ex Nazianzeno, pro-
rerum, & personarum conditione, plena sunt
grauitatis.

L A V D A T I O MIXTA, ET CONCISA PER
frequentationem.

Ex Diuo Gregorio Nazianzeno, oratione in D.
Athanasium.

Laudatio
pulchra S.
Athanasii.

Αμὴν ὁ ἄλλος μὲν τις ἐργαίος τρεῖς
νὸς ἢ τῶν φρονήματι, καὶ τὴν μὲν ἀρετὴν
ἀπρόσιτῃ, τὴν εὐτυχίαν δὲ, καὶ λίσσιν
ὑπέρσιτῃ, πρῶτῃ, ἀόρητῃ, συμπα-
θῆς, ἥδὲ τὸ λόγον, ἡδίων τὸ ζῶσαρ, ἀγγελι-
κὸς τὸ εἶδος, ἀγγελικώτερος τὴν διάνοιαν, ἐ-
πιτιμῶσα γαλλίως ἐπαρτήσιν παιδευτικὸς,
καὶ μηδ' ἕτερον τ' ἡλίαν τὴν ἀμεζία λυμῆνα-
δαρ, ἀλλὰ ποιῶσα, καὶ τὴν ἐπιτιμῶσιν πα-
τερικὴν καὶ τὴν ἐπαυον ἀρχικὴν, μήτε τὸ ἀπα-
λὸν ἔλλοττορ, μήτε σφόρον τ' ἀσκήρορ. ἀλλὰ τὸ
μὲν ὀπιεικείαν, τὸ δὲ φρόνησιν, καὶ φιλοφροσίαν
ἀμφοτέρω, ἐλάχισα μὲν λόγον διὰ τὸ ζῶσαρ
δεορῶμος, ἀρχεῖσα πρὸς παιδαγωγίαν ἐλά-
χισα δὲ βράβδον διὰ τὸν λόγον. ἐτι δὲ ἐλάτ-
τω τομῆς, διὰ τὴν βράβδον μετρίως πλείτθ-
σαμ,

VITA quidem sublimis erat, verum, ani-
mo humilis, atque ea quidem virtute,
ut nemo ad eam aspirare posset: ceterum
ea comitate, ut ad eius congressum facilis
aditus omnibus pateret, mansuetus, ab ira a-
licenus, ad miserationem propensus, sermone
iucundus, moribus iucundior, facie Angeli-
cus, in increpando placidus, in laudando eru-
ditiendi vim habens: sic utrumque temperans,
ut neutrum horum per inmoderacionem la-
befactaret, verum & increpacio paternam
charitatem, & laudatio imperio dignam gra-
uitatem obtineret: nec aut mollities dissolu-
ta, aut seueritas rigida, & teretica esset, quin
potius illa facilitatis, & benignitatis: hæc
prudentiæ nomen haberet, utraque verò sa-
pientiæ laudem consequeretur. Ita denique se
comparans, ut nec sermone, propter mores a-
bundè ad institutionem sufficientes, mag-
noperè opus haberet, nec rursus propter vim
facultatemque dicendi, virga admodum e-
geret, sectione porro multò minus, ob virgam moderatè seicientem.

Athanasius

Uza

Item ex eodem.

Ο μὲν ἐπαινεῖται τὸ ἐν ἡσέαισι, καὶ προ-
συχῆσι, οἷον ἀσώματόν τε καὶ ἄυλον,
ὃ δὲ τὸ ἐν ταῖς ἀργυρναῖς τε, καὶ ψαλ-
μοδαῖς, ἔντονον τε, καὶ ἀήτητον. ἄλλο τὸν
ἐν προσασίαι τ' δεομένων. ἄλλο τὴν πρὸν
τὸ ὑπερχοντα ἀντιτυπία, ἢ πρὸς τὸ ταπει-
νὸν συγχάλασιν, αἱ παρθένοι τ' νυμφαγω-
γῶν, αἱ ὑπὸ ζυγὸν τ' σωφρονισμῶν, οἱ τ' ἐρημί-
ας τ' πειρατῶν, οἱ τ' ἀπλότη, τ' ὀδῶν. οἱ
τ' δεαῖας, τ' θεολόγων. οἱ ἐν εὐθυμίας, τ' χα-
λῶν, οἱ ἐν συμφοραῖς, τὴν παράκλησιν, τὴν
βακχίαν, ἢ παλίσ, τὴν παιδαγωγίαν ἢ νεό-
της. ἢ πένια, τ' παρῆν, ἢ εὐπαρία τ' οἰκονό-
μῳ. δοκῶσι μοι, καὶ χήραι, τ' προσατήν, ἔτωαι-
νέστελαι, καὶ ὄρφανοὶ τ' πατέρα, καὶ πτωχοὶ τ'
φιλόπῳχον, καὶ τ' φιλόξενον. οἱ ξένοι, καὶ ἀ-
δελφοὶ τ' φιλάδελφον, οἱ νοσῶντες, τ' ἰατροῦ, ἢ
βόλευνό, καὶ ἰατροῦ, οἱ ὑγιάνοντες τ' φύ-
λακα τ' ὑγείας. οἱ πάντες τ' πᾶσι πάντα γι-
νόμῳ.

Hic illius, velut corpore vacantis, ac ma-
teriae expertis, in ieiunijs, & orationibus
assiduitatem laudibus vchatur. Ille insu-
perabilem in vigilijs, & psalmodijs vigo-
rem. Alius egentium curam, & praesidium;
alius, vt vel superbis, & elatis restiterit, vel
ad humiles se demiserit narret. Virgines
laudent pronubum, quae matrimonij iugo
constrictae sunt, moderatorem, qui solitariam
vitam agunt, excitatorem, & erectorem, qui
in sodalitia viuunt, legislatorem. Simplicis
deductorem, speculationi dediti Theolo-
gum, hilares frantum, calamitosi consolato-
rem, canities baculum, iuuentus praedago-
gum, paupertas largitorem, diuitiae dispen-
satorum. Quin mihi videntur & viduae pa-
tronum laudaturae, & pupilli patrem, & pau-
peres pauperum studiosum, & peregrini ho-
spitalem, & fratres fratrum amantem, &
egrotantes medicum, idque cuiuscunque mor-
bi, ac medicamenti volueris, sani valetudi-
nis custodem, omnes denique cum, qui om-
nia omnibus factus est, vt omnes vel quam
plurimos lucri faceret.

L A V S E R V D I T I O N I S M I X T A P E R
Synatrosimon.

Ex Diuo Gregorio Nazianzeno, oratione in magnum
Basilium.

Βασίλιου ἰαυ. **Π**οῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπὶ πᾶσι παιδείας;
ἐρῶν δὲ ποῖον, αὐτὸ μετ' ὑπερβολῆς, ὡς
μόνον οὐτῶ μὲν ἀπαντα διελεῖν, ὡς οὐ-
δεῖς ἐν οὐτῶ εἰς ἄκρον ἔκασον, ὡς τ' ἄλλω μὲν
οὐδὲν. αὐτὸ δὲ ἢ γὰρ εὐφῆα σιωπῶν, μὲν δὲ ἢ
ἐπισημοὶ καὶ τέχνην τὸ κράτ' ἔχουσιν. ἢ κί-
σα μὲν τάχως φύσεως διὰ τὸν δρόμον, ἢ
κατὰ τὸν δρόμον, διὰ τὰς ἰσχύας. οὐτῶ δὲ ἀμφοτέρω
συλλαβῶν, καὶ εἰς ἐν ἀγαθῶν, ἵστε ἀδελφὸν εἶναι
ποτέρω τῶν ἐκείν' ἢ δαμνισιότερον. τίς
μὲν ῥητορικὴν τοῦτ' ἢ τὴν πρὸς μὲν πνε-
ύσαν, εἰ καὶ τὸ ἦδ' αὐτῶ μὴ καλὰ ῥήτορας

Quo d disciplinae genus est, in quo versa-
tus non sit, atque ita eximie versatus,
quasi in eo solo elaborasset. Sic nimirum
omnia complexus, vt ne vnum quidem quis-
quam singula rursus ita ad summum, quasi
nihil aliud praeterca didicisset. Ad ingenij
enim acrimoniam studium accedebat, ex
quibus imperium artibus, scientijsque com-
paratur. Qui cum celeritate naturae propter
laborem, & contentionem minime opus ha-
beret, quemadmodum nec labore propter
ingenij magnitudinem: sic tamen vtrumque
coniunxerat, vt non satis liqueret, vtro ne-
mine admirabilior esset. Quis in Rhetorica,
illa, inquam, vim ignis spirante, cum eo
com-

ην. τις δὲ γραμματικὴν, ἢ γλῶσσαν ἑλληνίζει, καὶ ἰστορίαν σιωπάει, καὶ μέτροις ὀπίσταται, καὶ νομοθετικὰ ποιήματα. τις δὲ τὴν φιλοσοφίαν, τὴν ὄντως ὑψηλὴν τὴν καὶ ἐνω βαίνουσαν, ὅση τε πρακτικὴ, καὶ θεωρικὴ ὅση τε περὶ τὰς λογικὰς ἀποδείξεις, καὶ ἀντιθέσεις ἔχει, καὶ τὰ παλαιώματα, ἢ δὴ διαλεκτικὴν ὀνομάζειται. ὡς εἶον εἶναι τοὺς λαβύρινθους διεξελθεῖν, ἢ τὰς ἐκείνης τῶν λόγων ἀκριβείας διαφυγεῖν, καὶ τὰς ἐξήσεις. ἀστρονομίας καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀριθμολογίας ἀναλογίας, τὰς οὐρανίων, ὅθεν μὴ κλονεῖται τὰς περὶ τὰ ταῦτα κομμοίς, τὸ περιττὸν διεπισσεύει, ὡς ἀχρηθὸν τὴν εὐσεβεῖν ἐθέλωσιν, ὡς τε μῦθον ἢ τὸ ἀρετὴν τῶν παρὰ τὸν τὸ ἑῖναι θαυμάζειν.

comparandus, tamen illius mores à Rhetorum moribus dissident. Quis in Grammatica, quæ linguam ad græcismum format, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit. Quis in Philosophia, excelsa procul dubio scientia, & sursum gradiente, siue eam partem spectes, quæ in actione, & speculatione posita est, siue eam, quæ in Logicis demonstrationibus, aut oppositionibus, & concertationibus versatur, quam Dialecticam vocant, in qua adeo excelluit, ut ijs, qui cum eo disputabant, facilius esset sese extricare è labyrinthis, quam argumentorum eius laqueos effugere, si quando res ita postulare. Iam verò Astronomiam, Geometriam, numerorum proportiones, hæcenus didicisse contentus, ut non ab ijs, qui in eiusmodi rebus sciti, & eruditi sunt, exagretur, quicquid supererat, ut pietatis cultoribus in frugiferum contempserit: adeo ut & quod elegit, magis admirari, ac prædicare liceat, quam quod reliquit.

HAEC nos obiter: Qui plura volet in hoc genere, videat Luciani Demosthenem; Plinij Traianum; Panegyresque Imperatorum ex Latino Pacato, Eumene, & alijs; nulla est materia, in qua fecundius omnia penè ingenia luxuriarint. Pro animalium laude infinita sunt apud Aelianum, qui eorumdem Philis elegantissimo stylo est persequutus. Equi encomium habet Hierocles in præfatione libri secundi Hippiatricorum, & Gyneus in Hippiatrica. Bouem celebravit Libanius, Muscam Lucianus, Apes Quintilianus, de quibus nonnulla dixi superius. Multa etiam, quæ ad animalium laudes attineant, inueniuntur in hypotyposibus.

quitatem suam probet, & pulchritudinem ostenter: sitque, quod ait Tertulianus de Chartagine, in libro de pallio, vetustate nobilis, nouitate foelix, quod illustrat similitudine ducta à magnis operibus, quæ veluti temporis lima expolita sensim ad elegantiora defluunt. Hanc esse quoque naturæ æconomiam disertissime declarat Philo Iudæus, libro de mundi opificio.

Secundum, Populi nobilitas, qui aut indigena est, aut ab aliarum urbium indigenis; quos ipse sua gloria nobilitauit, delictijs perfudit, robore animauit. Huius autem bellicæ fortitudinis vnum offert exemplum in Chijs à Smyensibus egregie debellatis, cuius victoriæ monumentum, Naus est, quotannis in pompa Bacchanaliorum delata.

Consuetum illud fuit antiquis, arma, clypeos, signa, vexilla, naues, & cætera huiusmodi, ad victoriæ monumenta seruari, sic C. Memmius Rostratas præscorum Latiorum naues, quas deuicerat, in rostris collocari iussit, vnde, & loco nomen.

Tertium, Omnis venusta transiitione pluribus, ut satis perspectis ad commendationem pulchritudinis delabitur, quam *ροσισις*, admodum laudat, dignam asserens, quæ inter stellas collocetur. Sic Erinna Lesbica, Romanam dixit, γὰρ Ὀλυμπόν, Olympum terræ.

Quartum, Formæ illius cælestis notas, & insignia sigillatim expedit, Sunt autem situs, magni-

Artificium & suauitas Aristidis in laude Smyrnae.

CAPVT XXIV.

INTER res inanimas celeberrima est laus vrbium, in qua visum est Smyrnae encomium ex Aristide subijcere, quod elegantissimæ ciuitati videatur suauissimam orationem accommodasse.

Sunt autem eius hæc præcipua capita. Primum laudis caput, est ab antiquitate, quod Smyrna tertio instaurata ex eo, & anti-

Babylonis descriptionem vide apud Philostr. l. 1. c. 18. p. 37.

anathemata victoriae.

Olympus iud Erinna.

R R

magnitudo, partium vrbs aptissima conformatio, ornamenta, quibus tot, & tam varijs collucet, vt tota ex signis, & picturis constata esse videatur, Strab. lib. 1. de his verba facies laudat in Smyrna post situm, ῥομοτομίαν δι- ἀφορον, ὁδούς λιδοσφράτους, σφας μεγάλας, τετραγώνους ἐπιπέδους τε καὶ ὑπερώους, vias cō- modē deductos, vias lapidibus stratas, porticus magnas, & quadratas, in planis, & editis locis.

Quintum, Post conformata præcipua verbis membra, ad singula descendit, & laudat ædificia, templa, theatra, gymnasia, fora, portus, lauacra, curricula, fontes, quorum & species, & multitudo delectat ex acris temperie suauitas, vt vrbs tot ædificijs extructa, turis tamen amœni instar esse videatur.

Sextum, Post tot rerum, & spectaculorum fræquentiam commodē subiecit ἐπιφώνημα merè Atticum, & suaue, non hyperbolis va- sum.

Septimum, Ab ædificijs transit ad cætera verbis adiuncta, Animi, corporisque voluptates, ac imprimis artes commendat, quarū tantam esse copiam dicit, vt iure quis Smyrnam Disciplinarum Larem appellarit.

Et ex ijs magna quidem effluit animi voluptas. Ad corporis autem tum vtilitatem, tum oblectationem, vberissimus est maris, terræque prouentus, & omnis generis opificia, quibus vita ciuili adiuuari, ornarique possit.

Nonum, Et ne quid ad singularem vosup- tatem hominibus præferim literatis desit, pro vrbs portis non est quidem ille Apollo ἀργυρῆς, qui à Græcis Hesychio teste in ara columinæ speciem referente colebatur pro foribus, sed fluuius Meles Homeri natalibus insignis, qui Smyrnam ablucens eandem incredibili suarum deliciarum spectaculo profun- dit. Huius superiores fontes describit in or- bem circinaros, & pulcherrimis monilibus si- miles; posteriora aquarum Euripis scaturien- tia, Ostia nullo aquarum tumultu obstrepentia, pisces cicures, ludibundosq; præfultores.

Ad summum, fluuium nobilem, cui vt sperchio Iuuenes cincinnos, sic carminum primitias, in Homeri honorem nobilissima quæque ingenia consecrant.

Decimum, Meleti amœno fluuio succedit amœnus Neptuni campus, ex portrecta qua- dam planities, maris antea æstu persusa, nunc

autem sola ipsius vestigia, non sine amœno quodam spectaculo ostentans. Ex eo amplissima, & pulcherrima vrbs facies, iucundissimi- que prospectus.

Vndecimum, Post tot ornamentorum ex- positionem colligit, tantam esse vrbs gloriâ, vt vni Smyrnæ decor damno esse videatur, quo minus à suis laudatoribus ornari possit. Tum infert similitudinum aliquot delicias, portum cum vmbilico, mare cum vrbs oculo comparans, quæ, vt aptiora carminibus Mu- sarum filijs relinquat.

Duodecimum, Pulchritudo sine gratia, ha- mus est sine esca natans, quamobrem rectè post ciuitatis pulchritudinem subiugit affu- sam illi gratiam, quam cum Iride, Lyra sua- nissimo concentu, & splendore, qui ab Home- ro in ædibus Menelæi describitur egregiè cō- parat.

Decimum tertium, Pauca de sinu maris, & portu subintexit, quasi eum subterfugissent: Sed consultò, artificiosum hunc orationis e- xitum quæsiuit, vt cum de portu ageret, or- ationem appelleret ad portum.

Hæc porro suauioris elegant. a visa.

Aristides.

Οἶμαι γὰρ εἶτα ἄλλο ἔδωκεν πόλεως εἶδος φαίνεσθαι κατ' οὐρανὸν ὡς περὶ τὴν σφαιρὴν ορα- σι τὴν Ἀριάδνης, καὶ ἄλλ' ἔδωκεν ποταμὸν ὡς τὴν καὶ ζῶον, ὅσα πρὸς θεῶν ἐτιμῆθη, τὸ δὲ ἀν' οὐρα- νεῶναι νικῆσαι. οὕτως μοι δοκεῖ πεφοκῆναι πα- ράδειγμα πόλεως εἶναι. &c.

I quæ præstantissima vrbs imago, in celo esset collocanda, vclut Ariadnæ amant co- ronam, aliaque tum fluuiorum, tum animalium Dijs dilectorum simulacra: Smyrnam e- quidem existimarem præ cæteris eo honore dignam fore: adeò videtur exemplar quoddam vrbs esse, nec vel Homero citè, vel alia ad commendationem arte indigere, cum ipsa sui amorem omnibus conciliet, ac penè cogat, neq; aures, sed oculos suæ pulchritudinis ad- miratione perfundat.

Primum mari insitens, perpetuum emit- tit pulchritudinis florem, quasi non paulatim constituta sit, verum tota simul è terra emer- setit Magnitudine verò non pro necessitate, vel occasione sortita est, sed vbique ampla, sibi.

Apollo ἀργυρῆς, cultus pro foribus. Meles.

Pulchritudo sine gratia Homero sine esca.

Exordium in laudi pulcherrima vrbs.

sbique similis conspicitur, & laxitatem pro incremento pulchritudinis habet: neque multas esse vrbes dispersas dixeris, sed vnâ multis parem, eamque sibi variarum partium nexu conformem, non aliter, atque in humano corpore, vinciri inter sepulchra membrorum coagmentatio solet.

Iam ornamenta; quæ tum in ipsa, tum circa ipsam videntur, æque sunt & multa, & splendida, atque omnium maximè exoptanda. Quinimò tota, sicut vestis aureis imaginibus illusa collucet. Si quidem ab occasu ad ortum processeris, è templo in tēplum venies, & à colle ad collem per vicos pulcherrimos.

Quod si in arcè cōstitas, tum & mare subterfluit, & suburbia appellant, & vtriusque ciuitas permixta; tribus iucundissimis spectaculis animum exhilarat: nec habet quis vbi oculum figat, vbi ad se singula, tanquam in vario monili attrahunt. Cum ab arcè descenderis, ortui exposita loca te excipient, ac primum templum pulcherrimum prælidis Deæ.

Quæ autem deinde sequuntur, ne senex quidem posset commemorare commodè. Nam omnia deinceps ad littus vsque gymnasijs, foris, theatris, portibus, alijsque ornamentis tum arte, tum natura factis cœratim resplendent, nec quicquam vel spectaculo, vel vsu caret.

Ac lauaera quidem tot sunt, vt penè dubites, vbi lauare velis: Curricula vero omnis generis, partim in vrbe media, partim in finibus, eaque inter se præstantia. Fontes deinde tot sunt, quot ædes: imò etiam, ac plures: tum vici pro foris, ijque quadrifariam se inuicem secant, quò plenius sole collustrentur, atque adeò, quod mōx negabam, multas propemodum vrbes, ac singulas ad imaginem totius describunt.

Auræ verò tum vernæ, tum æstiuæ etiam Lusciniarum, ac Cicadarum poeticarum dulcedinem superant: aliæque alia peragrantes loca: nemoris instar vrbes totam reddunt.

Quænam, vel pictura, vel sculptura possit hæc exprimere? Quin perpetuò tanquam in solemnem exornata pompam, & priuato splendet, & publico apparatu: Persico elegantius tentorio spectaculum. Animi prætercà voluptates nunquam hic deficiunt, nec Musarum vlla, quæcunque ciuitates hominum frequentant, caremus. Nam & indigenæ sunt, & aduenæ multæ: adeo, vt disciplina-

rum quidem ratione, Iarem hunc regionis faciliè dixeris. Theatra verò varia, tum ad certamina, tum ad alias ostentationes comparata, magna sunt numero. Ad hæc opificia omnis generis, marisque, ac terræ prouentus æqualis. Denique vtriusque hominum generi sola hæc vrbs est commodissima, siue qui in otio, & voluptate statuunt degere, siue qui tacite philosophari volūt. Apras enim laboribus remissiones habet, ita vt fatigari non possint.

Iam qui pro foribus est ornatus ciuitatis, instar Compitalij Apollinis, Meles cognominis, Nymphas è finibus, per specum deducit in mare, vt illæ cum lauaerum habeant perenne, tum à Nerco Nereides modico accipiant interuallo.

Pariiter autem ex antris, edibus, arboribus, atque etiam ex medio flumine Meles exilit, & ad mare progreditur. Ac superiores quidem eius fontes circulari sunt figura, & monili valde similes, inferiora speciem Euripi referunt: Ad ostia verò minimum strepit, ac lenissimis fluctibus mari miscetur, cuius & accessus concitari excipit, & recessus mitescens comitatur, vt difficilis sit concussus animaduersio. Quinimò piscium abundantiam, qui quidem cicures sunt, & in ripa cum hominibus epulentur, & ad tibiam saltent, atque insultem conuiuiis: cum vel pueri narrare possunt, tum omnibus videre licet: Pulchriores autem fluuij partus, ijque in omnes effusi ciuitates, in Homero cōmuni Græcorum nutritio, & amico, tam parentibus, quam ipsismet pueris, meritò cœsentur. Quocirca iure singuli ad Meletis, tanquam ad Sperchij fontes, quod ait ille, orationum, non crinium primitias obtulerint, vt Honeri causa fluuium celebrent.

Melete traiccto, Neptuni campus occurrit: quod est vrbis donum, simile meo iudicio, ac dissimile Thessalico. Nam vt illic deductis montibus planam reddidit Thessalam, emissio ex palude Peneo: ita hic de montibus mare reduxit, parem terreno marinum ornatum vrbi concilians.

At poeta quidem aliquis hoc fortasse delationis causa diceret, portum quidem vmbilicum vrbis occupasse, mare autem oculum, non minus ijs, qui fines vtrinque incolunt, quam accolis conspicuum: tum arcem quidem vndique ex vrbe eminere, mare autem, quasi basim triangulum subtendere, hæcenus à Melete ad ortum discedens, quatenus flexui sufficiat. Sed hæc quidem, inquam,

Vrbi egrigia ornamenta.

Pisces cicures.

Neptuni campus.

per partes aliquis illustrare possit. Gratiam vero, per omnia more Iridis, diffusam, quæq; vibem instar Lyrae, tum sibi, tum externis ornamentis consonam reddit: & perpetuum instar æris Homericæ ad caelum usque pertingentem splendorem, quisnam verbis consequi possit? Non ita, nec Meles præclaros habet liberos, nec eloquentia quisquam valet. Quinimò sola inter omnes vrbes spectatorem, non auditorem postulat: nec tam spectatorem, quam conuictorem perpetuum, si quis ipsam probe perspicere velit, laudumque mercedem indidem reportare.

De singulari eiusdem authoris artificio, in laude putei.

CAPVT XXV.

Pueri laudationis artificio.

Claudam riuos ad puteum: Qui elegantem sophistæ artem contemplari voluerit, legat, quæ scriptæ sūt ἐν τῷ φρέατι Ἀσκληπιοῦ. Inueniet profecto disertum hominem, nihil eorum omisisse, quæ ad putei commendationem facere possunt. incipit.

Τὸ δ' ἀνέπεις τὸ φρέατ' ἰερὸν, & cætera.

Primum, Exordium est per addubitationem, ex abrupto: quasi nesciat, quid de puteo Aesculapij sit dicturus, vnde orationem auspicari debeat. Tum illud elegans est, quod subiungit facilius esse eiusdem putei aqua pellucida sitis ardorem restringere, quam laudes aquæ prædicare. Pressisse videtur in eo, sicut solet Demosthenis vestigia, qui in ἵπταφίᾳ dixit mortuos flere, cuius in promptu esse, aut laudare difficile. Illustrat deinde orationem præclara, & ex amantibus ducta similitudine, qui delicias suas præsentibus indicare possunt: absentes pro desiderio commendare non possunt. Sic apud Maximum Tyrium Dei amaro ἀδενεὶ πρὸς τὴν τῷ πατρὸς, & Δημῶντος θεῶν, & silentio potius laudat, quam oratione.

Secundum caput est, Principium laudationis à situ, seu loco, in quo commendatur salubritas, puritas, pulchritudo, celebritas, sanctitas, propter templi scilicet religionem.

Tertium, Comparationem locum magis ornatur, & commendat. Ipsi enim Epidauri Aesculapij natalibus illustrato anserponit, quod

Aesculapius Epidaurum istius sedis amoenitate illectus videatur reliquisse.

Quartum, Laus aquæ ab origine, quod fluat à platano, vel quod sanctius est ab ipsis templis fundamentis.

Quintum, Proprijs notis aquam commendat, septem autem illæ sunt tenuitas, leuitas, lenitas, dulcedo, habilitas ad potum, perennitas, & incorrupta quædam sinceritas. Leuitatem eius ex eo probat, quod non ut Peneus fluuius patitur sibi Titaresium superfundit, sed omnibus innater, in profundum, non secus, ac ficulneum lignum solet demeris. Huius naturæ est amnis Silius, qui nihil sibi innatate patitur, ut author est Strabo lib. 15. ἐν τῷ φρέατι Σιλίαν ποταμὸν εἶναι ἐν ᾧ μὴ δὲν ἐπιπλεῖ.

Sextum, Aquam Aesculapij, cum ipsius Stygis riuo audet comparare, cuius vis ineluctabilis esse perhibetur, nam omnia metalla, & lapides perforat, præter pocula ex cornu Afini Scythici confecta, quorum materiam miratus Alexander Delphos misit, & Apollini consecrauit, ut habet Aelian. de animal. lib. 10. Itaque cum indo mitus videatur hic liquor tantis viribus efferefcens, non quidem robore parem hanc aquam facit: sed apposita eius nectarea suauitate, stygeni eleuat.

Septimum, Laus ab aquarum copia, quam per dolij antapodofin illustrat. Rationem autem eius copię affert, quod Aesculapij sit, veluti administer, cuius cum semper profusa sit benignitas, puteum talem illi esse oportet, qui nusquam interistente aquarum vbertate mortales potet, & exhilaret. Sic Vulcani instrumenta ad Domini nutum præsto sunt apud Homerum, suo pte motu (tantum est obsequij studium) procurrentia.

Octauum, Delabitur ad vsum, celebritatem, & varias huius aquæ utilitates: quod non tantum potui, lotionibus, templi lustrationibus, amoenissimo præterea voluptatis spectaculo, sed ipsis curationibus deseruiat. Quod autem hic affert de aquarum medicinis, Plinius exquitur l. 31. c. 2. sed & Tullius Laureas celebrauit carmine fontem Ciceronis, cuius aqua fuit oculis saluberrima.

Ut quoniam totum legitur sine fine per orationem.

Sint plures oculis, quæ medeantur aqua.

Poterat & Dæmon ad falli numinis venerationem fouendam, in hoc Aesculapij fonte ali-

aliquid ex sua arte, & consuetis fraudibus moliri.

Clitor flumina pisces
vocalis fa-
cis.

Nonum, Vocem quoque ex hac Aesculapij aqua mutis redditam significat, sic Clitor fluvius pisces suos vocales facit, ut habet Mnaseas Patrensis in Periplo. sic Hippocrene Poetas afflat, unde & λαλον ὕδωρ appellatur à Nōno, & ἰατρικὸν ὕδωρ ab Antipatro antholog. l. 2. si penes fabulas sit fides.

Decimum à comparatione vini, & nectaris; tum celebrium fluviorum hanc aquam exornat. Numerantur autem imprimis aqua Delia Apollini sacra, & Cnidus, qui à Curtio non spatium aquarum, sed liquore fertur memorabilis, tum Eurymedon Pamphiliæ, & Choaspis Aticæ fluvius, è quo solo Persicos Reges bibere author est Solinus: Tum Peneus, qui per amœnissima Tempe nemorosa conuale defluit, & fons Abyssus, quem à profunditate nomen habuisse constat, Hesych. Ἀβυσσὸς ὄρεα ἀπειρὰ ἐστὶ ζῆν ἀργεὶ λίμνη οὕτω καλῶμένη.

Aristides.

Ex vers. G.
Canceri.

Quid autem de sacro puteo dicemus, an orationis facultatem incusabimus, quæ nequeat ad omnia pertingere, nec semper naturam rerum abundè valeat explicare? Pulchritudinem certè, ac voluptatem eius, nulla declarabit oratio, verum facilitatem ex hac aqua bibimus, eamque iucundè aspiciamus, atque in ea lauamus, quam de ipsa quicquam dicimus. Vt autem ij, qui pulchras amant mulieres, formæ præstantia capti, quales quidem ament sciunt, veruntamen, si quis eos interroget, nihil de absentibus possent dicere, præsentibus autem ostenderent. Ita, & puteum hunc amamus quidem, quamplurimi, aut potius omnes ferè: qualis autem sit, dicere non possumus; verum si quis eo nos interroget, hunc ad ipsum deducemus, atque ei ostendemus. Illi verò, nec hoc sufficeret, donec eo gustato, lorum Homericam videretur degustasse, quippe, qui manere vellet, ægreque ab eo discederet.

Idem Ho-
merica.

Nec tamen decet nos more siccitium, quod aiunt, tacite bibere, quin etiam verbis exornemus. Ac tum servatorem Deum, cuius, & hoc opus est, salutemus, tum nymphas eius incolas, quæ nobis usum gratiæ diuinæ concedunt, & subministrant. Quod igitur erit principium: an quemadmodum, cum ex eo bibimus, admoto labris poculo non cessamus, sed

infundimus subito, sic oratio quoque nostra sit itò dicet omnia! Illud igitur nobis sit, quasi libris admotum, quod in pulcherrimo sit totius orbis loco. Quem enim ex omnibus Deus, ut saluberrimum, & purissimum elegit locum, hunc beneficijs suis illustrissimū reddidit, is utique omnium est per orbem totum pulcherrimus. Quamquam etenim, quibus in singulis locis nati sunt initio Dei, etiam hæc in honore sunt, ob hoc ipsum habenda, quod Deos acceperint: Illud tamen longè maius est, quod ipsa ab usque Epidaurò huc profectus Deus, maxime amavit hunc locum, atque ostendit, eum se, cum delectum, tum cæteris prælatum deinceps incolere. Cui autem loco Deus, ac Deorum quidem benignissimus censuit immorandum, eum nos, qui quidem serui eius sumus, aliò, quam optimi, nomine dignabimur? Itaque in pulcherrimo orbis loco est puteus. Præterea ipsius templi locus is, qui sub dino peruius est, optimo loco iacet. Medius enim puteus in medio constitutus est. Aqua verò vel à platano fluit, quandoquidem, & hæc instar notæ cuiusdam est agnata, vel si maus, quod quidem pulchrius est, & sanctius ab ipsis, quibus insitit templum, fundamentis.

Quo fit, ut omnes hoc opinentur, atque credant, è salubri, ac salutari loco aquam profluere, quippe quæ à templo, & servatoris pedibus proficiscatur. Nec enim posset ex salubriori loco profluere. Et in tali quidem loco sita, & à talibus oriunda, merito dicitur optima.

Ac primum quidem tenuissima est, ad æris naturam proximè accedens, deinde, quod hinc sequitur, lenissima simul, & mitissima, tum dulcissima, & maxime potabilis, ac perennis, ad cuius potationem vinum non desideres.

Et Homerus quidem Titaresium Peneo dixit superfundi, quemadmodum aquæ homo præ lenitate innatat. At verum hæc aqua meo iudicio, siquidem alia infundatur, sursum exiit, illa tanquam phallo: quodam in profundum delabente, nisi potius etiam infusam aquam videatur lenitate sua, in altum esse sublatura: quæ quidem non arrogatè à nobis dici, indicant pondera. Quid autem dixerit stygis riuus, si oppositus propendat? hæc autem fluxio, nec à styge oritur, nec aliud quicquam horrendum habet, sed vel sanitatis, vel nectaris, vel simili alicuius rei iure riuus dici potest.

ſet. Cui illud eſt etiam teſtimonio, quod hæc aqua temporis vitium non patitur, vti ſi quæcunque eſt hauſta, eodem modo, atque ea, quæ in puteo relinquitur, incorrupta manet, & ſincera.

Iam verò abundantia putei tanta eſt, quanta nullius, vti ita dicam, alterius, ac robustos quidem eos, qui hauriunt, & cautos oportet eſſe, ne inuadantur.

Solus igitur ex omnibus puteis, quicunque exhauriuntur, æqualem perpetuo copiam præbet, peruſo doſto ex contraria parte reſpondens. Vt enim illud vnquam impletur iſta, hic ſemper ad labrum vſque plenus eſt.

Cum enim humaniſſimi Dei miniſter ſit, & adiutor, ad miniſterium promptiſſimus, ac ſemper plenus conſpicitur. Et ſicut ille nunquam ab hominibus ſeruandis ceſſat, ſic domini hinc inuitans, indigorum vſui nunquam non ſuppeditat cum ſit, quaſi alumnus quidam, donum vti AEſculapij, quemadmodum Vulcani inſtrumenta ſinxit Homerus, ad eius voluntatem moueri. Et quoniam huc vſque dicendo perueni, quænam eſt inter homines aquæ, quæ cum hac in vſu comparari poſſit? nec enim potus modo, ſed idem etiam lauerum eſt iucundiſſimum, ac tutiſſimum: nec pro anni tempore mutatur, quin, & æſtate ſigidiffima ſit, & hyeme clementiſſima, præſentis vbiq; temporis moleſtias mitigans, qualem quidem decet fontem ſacrum AEſculapij exiſtere. Ac pulchra quidem iſta ſunt, & iucunda, ſiue qui ijs vtatur ipſe, ſiue alios videat partim æſtate circum puteum, deinceps, vt examen apum, vel muſcas circum lac, circumſittere, & à matutino vſque tempore vaporem inſtar potus alicuius ſitim reprimentis præoccupare? Partim cum glacie concreta manus lauerint, calidiores, ac iucundiores fieri: verum ſunt & alia, in quibus hoc puteo Deus tanquam operis ſocio vtitur, multiſque ſæpe ad ea, quæ volebant à Deo impetranda, puteus hic vſui fuit.

Nec ſecus atque medicorum, & præſtigiatorum ſerui ad miniſteria ſunt exercitati, & adiumento ſuo ſpectatores, atque ægrotos ſtupefaciunt.

Ita magni operum mirabilium artiſcis, &

ad hominum ſalutem omnia referentis hoc eſt inuentum, hæc poſſeſſio. Itaque in omnibus cum iuuat operibus, & apud multos pharmaci locum obrinet. Multi enim cum ex hoc puteo lauiffent, vſum recuperarunt: multi ex aqua cum bibiffent, peſtoris ſanitatem, & anhelitum laborantem receperunt. Multorum etiam pedes, aliaue membra ſunt correſta.

Quid, quod ex mutuo quidam eloquens olim factus eſt, quemadmodum, qui de ſacris biberunt fontibus, vaticinari ſolent. Nec deſunt, quibus quod aquam duntaxat hauferat, ſaluti fuit. Quinimo cum ægrotis adeo ſalutaris eſt, tum ſanis etiam cuiuſuis alterius aquæ vſum præbet inſignem.

Qui enim hanc guſtauerint, ijs alia iam aqua quæuis ſordet, vt ſi quis poſt vinum fragrans vappam bibat. Sola porò hæc aqua, tã ægrotis eadem, quam valentibus æque eſt iucundiſſima, & vtiliſſima, vt nec vel lac cum ea cõmparare, vel vinum deſiderare poſſint: quandoquidem eſt inſtar nectaris eius, quod Pindarus perenne, portabile, ac diuina quadam miſtura temperatum cecinit.

Quocirca ſi duo proponantur vobis pocula, alterum hæc aqua, alterum alia ſimul, & vino præſtantiſſimo plenum: vtrum eſſetis ſumpturi, dubitare poſſetis. Præterea reliquæ aquæ ſacræ, qualis eſt Delia, aliaque ſimiles, paucorum vſibus parent. hæc per videntium ſalutem, non quod eam nemo contingat, ſacra redditur: eademque, & luſtrationibus tepli ſufficit, & hominibus ad portionem, ac lauacrum, & ſpectantium delectationem.

Ego certè, nec Cnidium, nec Eurymedon. Chonipem, nec vnde Rex bibeat, Chonipem, nec e-fluuium ex um, cui pulcherrimas ad vtramque ripam co-guo bibit ronas emiſit terra, Peneum, neque Abyſſum, Rex Perſæ, neque aliam aquam vllam, cum hac vndique rum, ſacra vel im comparare, ſed tantum eam inter Abyſſum ſc aquas excellere, quantum Præſes ipſius Deus Dijs præſtat reliquis dixerim.

Hoc reſtat adijcere, piè nos facturos, ſi ſic ſentiamus, quandoquidem primus de ipla Deus hanc, vt aiunt, ſententiam tulit.

Finis libri decimi.

Vulcani inſtrumenta ſpontè moueri.

Aque virtus Fontium commoda.